
Dr. ADA PEYROT
STAMPE E LIBRI ANTICHI
Piazza Savoia - TORINO



PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA
R. - c - 186

Ex Libris
Cesaris Antony
De Tagliandis




lib.1. IN NOVA MVTATAS DOCEO MIGRARE FIGVRAS lib.15
SACRA
METAMORPHOSIS

PROVINCIA DI TORINO

DE PASSIONE DOMINI;
ET OBITER
DE SANCTA SINDONE

In Auguſta Ciuitate Taurini,

QVÆ SEDEM PRÆBET

REGALI CÆLSITVDINI

CAROLI EMANVELIS II.

Ducis Sabaudiæ, Principis Pedemontium, & Regis Cipri, &c.

S A C R A

METAMORPHOSIS

Æmilij Malliani Ciuis Foſſanenſis origine, priuilegio Taurin. Ingenuarum artium V. I. & Sac. Theolog. Doctoris iam Vicarij Generalis Epiſcopalis, nunc verò Prioris Æccleſ. Paroch. SS. Stephani, & Gregorij, de Iure Patronatus S. Rochi Taurini.

AVGVSTÆ TAVRINORVM M. DC. LXX.

Ex Typographia Io: Sinibaldi Typ. Suæ Reg. Celſ. Sab.

Superiorum permiſſu.

DE PASSIONE DOMINI,
ET OBITER
DE SANCTA SINDONE
In Augusta Ciuitate Taurini,
QUÆ SEDEM PRÆBET
REGALI CÆLSITVDINI
CAROLI EMANVELIS II.
Ducis Sabaudiæ, Principis Pedemontium,
& Regis Cipri, &c.
S A C R A
METAMORPHOSIS
Æmilij Malliani Ciuis Fossanensis origine, priui-
legio Taurin. Ingenuarum artium V. I. & Sac.
Theolog. Doctoris iam Vicarij Generalis
Episcopalis, nunc verò Prioris Æcclef.
Paroch. SS. Stephani, & Gregorij de
Iure Patronatus S. Rochi Taurini.

AVGVSTÆ TAVRINORVM. M. DC. LX.
Ex Typographia Io: Sinibaldi Impr. Suæ Reg. Celſ. &c.
Superiorum permiſſu.

PROVINCIA DI TORINO BIBLIOTECA


COM·D·IO·BAPT·TRVCHI MAGN·CRVC·EQVES ET COMMEND·PRÆS·
CONSILIARIVS STATVS ET REGII ÆRARII GENLIS PRÆFECTVS
G. Tasniere fec. Taur:

PROVINCIA DI TORINO

OVIDIO CENTO

SICVT, ET IN TOTO OPERE

14 * 12
QVod loquor, & ſpiro pietatem publica cauſa

15 * 15
Quaq; diu latuere canam ſub imagine eadẽ.

15 * 15
Illius auſpicijs, venturorumq; Nepotum,

6 * 15
Inuidioſa ſuis, nec viſa prioribus annis,

2 * 3
Cunctaq; magna fecit, quibus eſt mirabilis ipſe;

1 * 1
Non illo melior, mentiſq; capacius altæ,

8 * 1
Regia Turris erat, quiſquam nec amantior æqui.

9 * 9
Conſilium, monitumq; tuum tua iuſſa notaui;

9 * 14
Sed nondum manifeſta tuis præconia rebus.

8 * 8
Non mihi ſi centum, totumq; helicona dediſſet,

8 * 8
Ingeniumq; capax, Deus ora ſonantia linguis,

1 * 7
Eſſe quoq; ſatis ſpatium tranſcribere vitæ.

Et

15 * 15

Et quoniam Deus ora monet iuſtiſſimus auctor ,

2 * 15

Si placet hoc,meruiq; & voce,& mente fauorem

7 * 9

Munus opuſq; tuũ eſt dum ſpiritus iſte manebit.

7 * 4

Magna ſequar , tituliq; animos nouitate tenebo.



Illu-

ILLVSTRISSIMO DOMINO,
ET EXCELLENTISSIMO VIRO
DOMINO COMITI
IOANNI BAPT. TRVCHI,
Magnæ Crucis Æquiti SS. Mauritij, & Lazari, ac Commendatario, Conſiliario Status, Præſidi, & Regij Ærarij Generali Præfecto.

EX librorum Metamorphoſeon impietate: *Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine*: Sacræ internaſcuntur hiſtoriæ, non parum pietati tuæ conformes. In illis ſiquidem ab humani generis Vindice ob vni-

vniuerſalem totius Ræipublicæ Chriſtianæ felicitatem perbenignè geſta, ipſiuſq; triumphales gloriæ denarrantur, quæ mihi radiantia virtutum tuarum merita, tuaq; præclara facinora ad commune bonum totius dominij Regalis Celſitudinis Sabaudiæ ſummis laudibus vbiq; efferenda in mentem reuocant. Vel ſcilicet indolem auream, qua te Ipſe rerum omnium Opifex, ad excelſa quæq; præordinauit; vel vrbaniſſimam humanitatem, ſeù beneficentiam, qua omnium corda deuincis; vel heroicam magnanimitatem, qua grandia quæq; moliris, & perficis; vel inuictam animi fortitudinem, qua de omnibus triumphas aduerſis; vel oculatam ſapientiam, qua politices arcana perluſtras; vel lynceam perſpicacitatem, qua negotiorum penetralia peruadis; vel in omnem partem verſatile ingenium, quo ad Regalis Ærarij Generalem Præfecturam iure merito euectus, fortunatiſſimo Cypri

Regi,

Regi, fidelibuſq; Populis publicam, & paris, & nutris, & auges felicitatem. Tu enim ergæ ſupremum obſequij, & fidelitatis exemplar; Tui animi ingens adeò capacitas vt ad res etiam præclaras manum adijcere nequeas, niſi vbi ſe ſe difficultates offerunt ſtrictiores; Tibi Princeps non mediocri fiducia innixus omnia perſpicit; Teq; ſui glorioſiſſimi regiminis optimè dignum ſibi inſtrumentum aſſumpſit; Tu ingenij actiuitate excellens, agibilium executione indefeſſus, contingentiumq; præcognitione ſublimis. Idcircò ex te Regale Dominium firmiorem ſtatum, ſtatuſq; ipſi leuamen à priſco pondere, commiſſionumuè abuſu; Regis Æraria Monarchię robora, non amplius eneruata incrementum agnoſcunt. Tu aſpirante Benigniſſimo Principe, Populorum fortunas reſtauras; Annonæ caritatem eliminas; Negotiantium commercia congeminas; Bellatorum robur adauges;

Lit-

Litteratorum ſtudia propugnas; Nobilium ſplendorem illuſtras; & Regis (in omnibus omnia eff. ctus) Coronam glorioſè ſuffulcis. Sed nobilius, ac luculentius in te parturit decus illa eximia animi tui moderatio, quæ mei Herois encomia, tui videlicet laudes mihi facultatem promulgandi adimis: pręſtantiſſima virtus tanto Heroe maximè digna, ſed cæterarum virtutum glorias, quæ florentiſſimè in te rutilant videtur adumbrare: eo fortè ſtudio vt illarum omne decus in ſe vna collectum oſtendat: heroica planè tuæ modeſtiæ virtus, quæ in commendabilibus probari mauult, quam commendari. Et optimè quidem, dum enim proprijs virtutum geſtis coruſcas, alienis encomijs perbelle dedignaris illuſtrari. Mihi tamen parce, quia ſicuti Ægyptij ad obedientiæ hieroglyphicum canem effingebant currentem, retrorſum capite ſupra dorſum reflexo, ita fidelis zelus meus ad præſcriptam non

lau-

laudandi metam tendens, in laudes tuas non labi, incidereque non potuit. Tantę tamen auctoritatis imperio glorias tuas tibi minus gratas ſilentij tenebris inuoluo; Sentio enim cum Plutarco *in moral:* quædam melius laudari ſilentio, quam oratione, & ideò eligo ex Monito Alciati *embl.* 11. Pharium vertere in Harpocratem; eo maximè quia, ex ſę iuſtitia, & religio te adiutorem, & innocentia amatorem decantant; loca Deo dicata, & præcipuè Sancti Rochi noua, & inſignis Æcclesia munificentiſſimum teſtantur, maximiq; plauſus tot laudabilium actionum tanquam famigerantes tubæ iam vbiq; clamoribus reſonant. Quapropter vnum tantummodò à perbenefica tua humanitate: (*Excellentiſſime bonarum artium Mæcenas*): ſupplex expoſco, vt videlicet opuſculum hoc, mole quidem exiguum, maiori tamen molimine lucubratum, quod in teſtimonium propentionis, obſeruantiæ,

obli-

obligationiſq; meæ Excellentiæ tuæ dicatum offero, libenti animo digneris acceptare. Nec aliundè tibi gratum fore puto, niſi quia in hoc, nonnulla incidenter de Regali Sabaudiæ Domo denarrantur; & Paganus Poeta, qui vniuerſi Redemptorem viuens tempore præceſſerat, eundem propugnator credibilium vita functus ſequitur; Quamq; aure fidem non hauſit, ore profitetur, & mendaces Ouidiani libri, Saniori Metamorphoſi in veras, fideleſq; transformantur hiſtorias, fidei tuæ patrocinio fruituras. Cura vt valeas. Taurini Idibus Iulij 1670.

Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſimæ
Dominationis tuæ.

Humillimus, & Deuotiſſimus Seruus.

Æmylius Mallianus.

AD BENEVOLVM LECTOREM.

HABES hic erudite lector breue Poema, de paſſione Domini, & de apparitione Beatæ Mariæ Virginis, laborioſiſſimum omnium carminum genus. In quo nihil omninò eſt, quod non ſit legitimè ex Ouidiana Metamorphoſi depromptum, & prætereà nullus verſus integer ſumptus eſt, ſed omnes ex duobus circa medium ſectis compaginati, nihilq; additum, variatum, aut mutilatum reperitur, & rariſſimè duplicatum, ita vt ne à minima quidem littera auctor declinauerit. Inſuper librorũ vnde quilibet dimidiatus verſus deſumptus eſt hinc inde numerus deſignatur, locus etiam compaginationis verſuum aſteriſco notatur. Et ſi quid forſan in hoc opere reperietur quod non ſit omninò Ouidianis libris conforme hoc non licentiæ, ſed varietati Ouidianarum impreſſionum eſt aſcribendum qua de cauſa, vbi menſuram carminum non perfectam inueni, ne licentiæ tribueretur, ſemper vſus ſum inuariatis Ouidij litteris verbis, & metro, & in hoc non apparet, niſi experientibus operis arduitas, aut lucubrationis diuturnitas, quibus neq; potui rigoroſè pœſis in totum ſequi prȩcepta, quia lege nimis dura in eo conficiendo me aſtrinxi; Ideoq; euenit vt etiam obſcurior pluribus in locis ſermo prodierit. Perlege illud attentius, & ſi quid non omninò inconſonum inuenies, præſertim de apparitione Beatæ Mariæ Virginis in finibus Foſſanenſibus; eruditioni, ac labori quondam D. Aurelij Malliani Doctoris eximij fratris mei vtrinque coniuncti, quindecim ab hinc annis defuncti, ſcias eſſe

tri-

tribuendum; omnia verò incongrua, & reprehentione digna debilitati meæ aſcribe: ſed parce, quia iam elapſa annorum ſerie, dum Peruſijs, Bononiæ, & Romæ à rerum ſeriarum ſtudio, aliaq; Taurini grauiore cura animus vacaret, tum Muſicæ, tum Poeticæ, liberalibuſq; diſciplinis, recreationis gratia operam dedi, & ſic me non potuiſſe in hoc opuſculo exprimere quod voluiſſem, conſidera; ſic enim accidit pluribus intentis, & alieno ore loquentibus. Vale.

ARGVMENTVM
DE PASSIONE DOMINI.

DEVS omnipotens creauit vniuerſum, & poſt bruta Parentes noſtros innocentes, qui decepti arte ſerpentis peccauerunt, &c. Quapropter ad redimendum genus humanum Verbum Diuinum naturam ſibi hypoſtaticè vniuit humanam, ſed poſt natiuitatem iuſſu Angeli Chriſtus Dominus adhuc paruulus defertur in Ægyptum ob inſidias Herodis Regis, qui quærens Ieſum, interfecit innocentes pueros, nec illum inuenit. Huic autem ſucceſſit Archelaus, & ideò Ioſeph timuit illo ire. Ieſus interim factus maioris ætatis circuibat regiones, & baptizatus à Ioanne in Iordane, nec non declaratus Filius Dei ex voce Patris; Circa finem menſis Martij diſſedit à Matre moriturus; quare deſcribitur lamentatio Mariæ, & tota paſſio Chriſti Domini cum circonſtantijs enarratis in Euangelijs, ac quædam miracula, Crucifixio, & reſſurrectio, & cætera vſque ad glorioſam aſcenſionem, in qua reliquit Sanctam Sindonem, quæ ſolemniter die 4.

menſis Maij oſtenditur populo ex multis terræ partibus congregato, in Ciuitate Taurini, condita ab Ægyptiorum Rege, deinde illuſtrata titulo Auguſtæ ob diuitias, fertilitatem & arma, & deniq; decorata ſolio Regalis Cælſitudinis Caroli Emanuelis ſecundi Ducis Sabaudiæ Regis Cypri, nunc Regnantis, &c.

1 * 13
PRincipio terram, cumq; alto ſidera cælo
15 * 10
Et genus omne auiũ, cumq; his genus omne ferarũ
1 * 15
Ille Opifex rerum ſextæ Pallantidos ortu,
15 * 13
Et rerum cauſas, hominis poſt omnia formam
1 * 1
Cum conſorte tori Diuino ſemine fecit;
1 * 8
Innocuos ambos, quiq; æthera carpere poſſent.
13 * 1
Artis opus tantæ pendebat in aere tellus,
2 * 4
Stabat, & autumnus, pendentibus arbore pomis.
1 * 15
Quæ tamen ex illis miram referentia formam
1 * 3
Mollia cinguntur mixto candore rubori
10 * 14
In vetitis numerant longi tormenta doloris,
15 * 2
Pœnaq; mors poſita eſt immenſi publica mundi;

In principio Creauit Deus cęlum, & terram.

Omnia bruta, & poſtea hominē ad imaginem ſuam.

Quacũque ho-

ra comederis morte morieris.

4 * 14
Dumq; pauent illi* quæcunq; obnoxia morti
3 * 6
Reddere, de multis* partem tenuere remotam.
12 * 10
Arboribus tecto*, pomoq; onerata rubenti,
10 * 10
Perpetuoq; virens* medio nitet arbor in aruo.
8 * 14
Dumq; ea mirantur,* ſparſoſq; ſine ordine flores,
4 * 1
Et quæ præterea* tellus inarata ferebat,
5 * 11
Non circonſpectis* ſpatiantur paſſibus ambo:
11 * 3
Ecce latens herba* ſpiris facientibus orbem
3 * 13
Cæruleus ſerpens* media tenus extitit aluo,
9 * 3
Quærit, & obſequio* blandis accedere dictis,
9 * 2
Mendaciq; diù* culpam ſub imagine cælat.
15 * 6
Signa tamen luctus*, commentaq; funera narrat.

Serpens erat calidior cunctis animantibus. Nequaquam moriemini.

Voce

1 * 1
Voce noua captus vir coniugis illa mariti
15 * 10
Fecit iter ſceleri, nitidiq; cupidine pomi
4 * 5
Motus vterq; parens noſtræ primordia gentis
13 * 3
Perdidit inſelix, & pignora cara nepotes;
2 * 1
Et quos non habuit luctus extendit in auum.
2 * 14
At Pater omnipotens trepidãtũ, & multa timẽtũ
4 * 6
Indoluit facto, tacitaq; exæſtuat ira.
2 * 15
Quæ quamquam iuſta eſt, nullisq; obnoxia iuſſis,
1 * 10
Eſt tamen humani generis medicabile vulnus.
1 * 11
Poſtq; diem longam cupiens efferre ſub auras
13 * 4
Conſilium ſapiens, longa digniſſima vita
6 * 13
Vt ſua progenies lætum ſine crimine haberet

Peccatũ Adæ.

Pænitet me feciſſe hominem.

Poſſibilitas Redemptionis

12 * 2
Annuerat, dederatq; ſuper puerilibus annis

Decretum diuinæ Incarnationis.

15 * 14
Summere mox hominis pariter cũ corpore nomen.

10 * 6
Non tullit illa moram, celeriq; per aera lapſu

9 * 14
Officÿs dilecta ſuis mandata peregit;

2 * 6
Terrarumq; orbem, nec non ingentibus ipſam

12 * 13
Impleuit meritis cæleſti munere gentem;

7 * 15
Terrigenaſq; feros pacis traduxit ad artes.

1 * 14
Redditus orbis erat, carituraq; fine dabatur

4 * 12
Gentibus innumeris quæ gloria compleat orbem.

1 * 2
Emicat ex templo velut e fornace profunda

3 * 5
Ore niger ſtygio tenebroſa ſede Tirannus.

Diabolus.

12 * 4
Concutienſq; ſuis immixtos crinibus angues

Eſtuat

6 * 8
Æſtuat, & repetens iunctam cum viribus artem,
6 * 2
Quæ ſolita eſt illi * totum percenſuit orbem.
10 * 13
Ars adeo latet, arte ſua deceperat omnes,
9 * 6
Creſcentemq; malo populum ſummouerat aris.
1 * 4
Nec contentus eo ſua ne delicta fateri
6 * 9
Poſſit, in omne nefas, omniq; à parte laceſcit.
11 12
Nec prius abſiſtit totus pice nigrior atra
15 * 14
Exercere artes tacitorum more luporum,
12 * 7
Quam data pars læto, partem diſcrimine paruo
14 * 8
Sulfure fumantes medics coniecit in ignes.
2 * 8
Arcuit omnipotens, ſubuecta per aera curru
1 * 12
Altera pars viuit, nec inania tartara ſentit.

Decipit populos auertens eos à penitentiæ Sacramento.

Rapit ad tartara.

13 * 13
Quid tamen hoc refert? rariſſima tẽpla per orbẽ
3 * 5
Exiſtunt, creſcitq; odium, regniq; cupido,
1 * 4
Omnis caro. *Inſidiæq; & vis antiquæ imitamina vitæ.*
15 * 14
Longius inde nefas abijt, quaſq; ante timebant
6 * 8
Corru perat viam ſuam *Litibus exercent linguas, & pectus, & ora:*
1 * 10
Nullaq; mortales dant ſpicea ſerta ſuarum
8 * 3
Primitias frugum, cõmentaq; ſacra frequentant.
5 * 14
Conatæq; loqui dira in periuria linguæ
8 * 2
Immemores noſtri nimia leuitate feruntur.
14 * 14
Ideo nullus timor Dei vel Sancto-rum. *Sub pedibus timor eſt, & ſemideiq; Deiq;*
6 * 7
Deſeruere ſui mores, quos ante gerebant;
6 * 11
Tantaq; nox animi eſt, iterũq; iterũq; relabens

5 * 13
Mẽs agit in facinus quod eget moderamine noſtro.
1 * 14
Ille Opifex rerum mundi de Sanguine noſtro
11 * 11
Mortalem induitur formam Genitore Tonante
1 * 1
Filius ante diem huic animis æqualis, & annis.
15 * 2
Fitq; quod haud fuerat, terras hominumq; labores
10 * 10
Vbera per cunas dum dat puer oſcula matri.
13 * 14
Longa referre mora eſt triſtes ex ordine caſus;
15 * 9
Nam tener, et lactens, qui nondũ impleuerat ãnũ,
3 * 15
Territus hoſte nouo iacuit ſine viribus infans.
11 * 4
Ardua iam dudum per eundem ſæpius orbem
15 * 15
Mota ſoror Phœbi præbebat lumina terris
1 * 5
Nocte grauem ſomno, ne ſit vis magna nocendi,

Actualis natiuitas.

Æqualitas Patris.

Et homo factus eſt.

Narrantur ex ore Beatæ Virginis

Herodis Inſidiæ.

Angelus in ſom-

Nu-

nis ait: Tolle puerum & matrem eius.

15 * 10
Numen abire iubet, patriæq; relinquere fines,
7 * 10
Et natale ſolum, nec opis mora longa dabatur.
5 * * 7
Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?
11 * 13
Iam via longa placet, iam ſe committere nocti.
9 * 9
Nec mora lætiferam patriam fugit ille, nefaſq;
14 * 4
Ancipiteſq; vias, & iter ſub nocte ſilenti
5 * 4
Arripit, & mecum non fortiter hæret aſello.
11 * 5
Per bis quinque dies feſſos Ægiptia tellus
5 * 12
Cæperat, ille ferox, belloq; cruentior ipſo,
14 * 15
Durior, & ferro, laqueoſq; arteſq; doloſas
5 * 11
Mente gerit tacita totidem, quot meſſis ariſtas.
7 * 5
Sæpe tamen dubitat dextra læuane feratur,

Puer defertur in Ægiptú.

Inde

14 * 11
Inde manu magna, veſtigia ſi qua ſuperſint,

Hero-des quærit pue-rum.

6 * 13
Atque vbi ſit quærit tanti certaminis hæres.

9 * 13
Hunc tamen infantem, qui ſæuum perdere poſſet,

4 * 12
Non putat eſſe Deum, totumq; inquirit in orbẽ.

2 * 8
Et timuit primo patrias ne poſſeret arces.

10 * 8
Quærebatq; viam, qua acto per viſcera ferro

7 * 2
Non exoratis manibus laniare pararet.

11 * 14
Verum vbi ſit neſcit, nullaq; in parte reperto

Fruſtra quæri-tur. occidũ-tur Inno-centes.

12 * 1
Multorum fruſtra natorum ſanguine terram

4 * 10
Purpureo tinxit, creſcenteſq; abſtulit annos.

4 * 5
Deq; ſinu matris diuerſo vulnere fudit.

8 * 6
Viſcera lapſa fluunt, manant penetralia tabo,

Plan-

8 * 4
Plangunt ora ſimul ſciſſis cum veſte capillis
6 * 15
Exanimes inter natos, gemitumq; dedere
4 * 4
Et Pater, & genitrix, & quæ dedit vbera nutrix.
4 * 9
Septimus à priſco cum iam natalis adeſſet,
3 * 15
Hic quoq; qui dederat læto rationis egentes,
9 * 3
Securoſq; artus populi incrementa futuri
11 * 7
Tum lecto incumbens morbo moriturus inerti
3 * 15
Mortuo Herode — Corpore depreſſo, regnumq; æuumq; peregit.
6 * 11
Sceptra loci, rerumq; capit ſceleratior illo,
1 * 13
Regnabat Archelaus. — Sæuior ingenijs, & fraude ſimillimus illi.
1 * 15
Sic vbi deſeruit ſeptemflua flumina Nili
6 * 10
Ioſeph — Horruit infelix per tanta pericula coniux

In

15 * 15
In patriam remeaſſe, odioq; tirannidis exul timuit illo ire, ideo.
6 * 12
Altera tecta ſubit, primis ſpectata ſub annis
3 * 10
Illa mihi domus eſt, naſci mihi contigit illic. Venit Nazareth.
2 * 8
Ergo qua licuit concordes egimus annos
11 * 8
Sidereus coniux fabræ celeberrimus artis,
10 * 6
Dijs genitus Vates, & feliciſſima matrum.
10 * 15
Iamque grauē creſcens inter iuuenemq; ſenamq; Iesus
15 * 10
Temporis ætatem modo formoſiſſimus infans perfectæ ætatis re-
11 * 1
Senſerat, & tandem quiſquis fuit ille Deorum, giones circuibat.
14 * 1
Exierat tecto peregrinum vt viſeret orbem.
2 * 8
Quem procul à patria geminis amplectitur vlnis
2 * 2
Fluminis in rapidi ripis à ſanguine iunctus, A San-

Pectora

11 * 12

guine junctus quia Eliſabet cognata

Pectora velleribus, tectus lanugine malas

14 * 14

Et reſperſit aquis ad talia ſacra paratis.

5 * 3

In Iordane à Ioanne baptizatur.

Dumq; ibi perluitur ſuperas delapſa per auras

3 * 14

Vox ſubito audita eſt, Cæleſti numine dignus,

13 * 14

Hic eſt filius meus dilectus.

Et meus hic certè eſt notæ pietatis alumnus;

9 * 2

Et mea progenies haud inficianda parenti.

11 * 13

Quiſquis es, & ſi qua eſt virtutis gratia noſtræ

3 * 8

Ipſum audite.

Hac duce carpe vias animi ad præcepta capacis.

4 * 5

Quiſquis adeſt (aderant comites, & mille ſecuti)

8 * 11

Credidit, & verſo Dominus pede deſerit agros,

14 * 14

Perq; dies multos paſſim vagus errat in orbe.

14 * 3

Denique per multas fama celeberrimus vrbes

Ille

12 * 6
Ille quidem maiora fide iam grandior æuo,
9 * 4
Signaq; certa dabat, præcordiaq; intima mouit;
Multa ſigna facit.
2 * 13
Plenaque terroris, quæ nunc quoq; ferre laboro.
10 * 2
Per iuga per valles fatorum arcana canebat.
1 * 10
Finierat Pæan incluſum piſcibus annum,
Circa finem menſis Martij
3 * 15
Et ſol ex æquo præbebat lumina terris.
6 * 3
Ecce venit comitum ſeductus ab agmine fido;
6 * 2
Vt tamen acceſſit natus ſuſpirat ab imis,
6 * 5
Et, Mater, Mater, rauco mihi dixerat ore,
13 * 11
Non niſi per luctus tibi me promittere noli,
Diſcedit à Matre moriturus.
15 * 10
Nos quoq; pars mundi fatali lege tenemur.
3 * 10
Iamq; breuis vitæ ſpatium, mortisq; paratæ

Tem-

14 * 2
Tempus adeſt, Genitor pænæ crudelis amantem
7 * 13
Eſſe Deus voluit, iugulo dare pectus aperto,
15 * 14
Exhalare animam, ſtygios ſemel iſſe per amnes.
2 * 9
Beatæ Mariæ verba. *Heu quã difficile eſt, parsq; eſt meminiſſe doloris,*
13 * 4
Temporis illius, rabiemq; & cædis amorem,
10 * 14
Indignamq; necem, contemptaq; verba referre!
14 * 10
Me tremor inuaſit, verbisq; dolore retentis
4 * 5
Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis.
15 * 4
Ipſa quoq; aſſiduo manabant lumina fletu:
9 * 9
Mens tamen vt redijt, fuſis vtrinq; capillis
11 * 11
Ora dedere ſonum, tentataq; verba ſequuntur,
14 * 13
Humentes oculos deterſit pollice Virgo.

Plura

Mariæ lamentatio.

13 * 2
Plura quidem, ſed, et hæc repetens ſuſpiria dixit:
3 * 6
Quo refugis? remane lenimen dulce ſenectæ;
3 * 8
Quoue petitus abis? qua te regione requiram?
8 * 10
Me miſeram! properare iuuat genitrice relicta?
8 * 1
Pars animæ conſiſte meæ, mihi cauſa ſequendi,
9 * 1
Si verum profitemur, amor; non inſequor hoſtis,
11 * 2
Me quoq; tolle ſimul, duo nunc moriemur in vna;
14 * 6
Atq; vtinam velles magni mihi muneris inſtar
5 * 11
Mirantem, flentemq; in partem adhibere pericli:
10 * 5
Quod ſi fata negant iunctæ ſolatia mortis,
14 * 14
Nunc quoq; cũ fugias, mediã lacrimoſa per vrbẽ
8 * 1
Inſequar inuitum. reſtabat plura referre,

11 * 4
Plura dolor prohibet. nec longius ille moratus
15 * 2
Humentes oculos in ſe ſine fine tenentem
10 * 11
Flere vetat, ſiccatq; genas, præſaga futuri
9 * 11
Verbaque tot reddit timidum ſolantia pectus.
2 * 14
Poſt tres di-es reſurgam. *Parce precor Mater flere, & lacerare capillos,*
3 * 3
Namq; dies aderit qua inferna ſede receptus
6 * 8
In populos veniam, viuuſq; & victor, & ipſo
7 * 8
Spiritus iſte tuus nato victore fruetur.
10 * 11
Hactenus, & gemuit, lacrimaſq; emiſit obortas.
10 * 6
Supremumq; vale pleno ſingultibus ore
15 * 6
Dixit, & ex templo clamantem, & colla petentē
2 * 13
Ingreſ- *Linquit, & ingreditur ſocijs comitantibus vrbē*

Cocti-

4 * 2
Coctilibus muris, & feſta pace nitentem:
4 * 11
Durataq; cuti lente gradientis aſelli
4 * 1
Sicut inhærebat partes ſpeculatur in omnes.

ſus Ieru ſalem p ſuper Aſinam, &c.

15 * 14
Quisquis adeſt viſũ veneratur, ab æthere lapſũ
5 * 8
Qui canat eſt clamor lætiſſimus hoſpite tanto;
2 * 7
Et teneros manibus ramos popularis oliuæ

Benedictus qui venit in nomine Domini

8 * 10
Et pariter frondes victoris præmia palmæ
14 * 5
Obtulit, & ſtrata eſt tellus de plebe virorum
1 * 15
Veſtibus, & capiti feſtam impoſuere coronam;
4 * 14
Promittuntq; ſuper propenſum voce fauorem.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua, & alij cedentes ramos de arboribus.

6 * 7
Tempus erat quo ſacra agitant conuiuia Patres;
4 * 2
Iamque cadente die nitido patefecit ab ortu

Erant dies azimorum, & luna

11 * 15

decima quarta. *Aſſuetos vultus nocturnæ forma Dianæ.*

4 * 2

Atria tota patent diuinæ ſtirpis alumno

5 * 11

Et parauerunt Paſcha. *Lege tamen certa menſas poſuere miniſtri,*

6 * 14

Et patrij moris ſacrum ſub imagine ſignum

12 * 8

Diſcubuere toris proceres; tum maximus Heros

15 * 5

Vnus veſtrũ me traditurus eſt. *Eſt, ait, hic vnus non hos adhibendus ad vſus,*

2 * 13

Quidq; agat ignarus, qui nomine ſæpe vocatum

12 * 12

(Stabat enim propior) magno molimine tentat

14 * 15

Prodere me, qui ſit ſigno, non nomine, dicam;

11 * 15

Ille male vſurus donis, aduertite, noſtris

11 * 1

Admouit digitos, & ad horrida promptior arma

6 * 15

Qui intingit mecum *Triſte parat facinus, manifeſtabitq; latentem.*

Iamq;

6 * 13
Iamq; moras male fert, prædæq; aſſuetus amore
8 * 4
Fert ſecum ſpolium ſceleris feſtumq; profanat.
6 * 9
Nec monet vlterius; lacrimæ ſunt verba ſecutæ.
1 * 3
Confremuere omnes, totumq; immurmurat agmẽ.
8 * 15
Dumq; ea mirantur, vox eminet vna, quis ille eſt?
15 * 10
Talia Dij pellant telluris margine ſummæ.
3 * 8
Hoc omnes alij, nec erat cur fallere vellent;
5 * 7
Concordi dixere ſono, dextraſque dederunt,
7 * 9
Adijciuntq; animos, exhortanturq; dolentem.
8 * 11
Perſequitur ſcelus ille ſuum furialibus auſis,
10 * 13
Propoſitiq; tenax, & cæcæ munere noctis
6 * 4
In ſua fata ruit, teloq; accingitur vnco.

manum in paropſide.

Cæperunt ſinguli dicere.

Nunquid ego ſũ Rabbi?

11 * 2
Dumq; moratur ibi, nec longius audet abire;
8 * 1
Ipſe ſuum corpus mundi fabricator habendum
2 * 1
Humano generi promittit origine mira,
8 * 10
Naturamq; nouat, promiſſaq; numine firmat.

Amen dico vobis.

8 * 13
Parua mora eſt, epulaſq; manu diduxit, et, hec ſūt
15 * 8
In ſpecies translata nouas mea viſſera, dixit;

Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.

14 * 4
Viſſeraq; & carnes, noſtri quoq; ſāguinis hauſtus:
3 * 12
Et flenti ſimilis carcheſia mixta tenebat.
3 * 15
Dicta fides ſequitur, promiſſaq; vera fuerunt.
13 * 15
Miraq; res ſubito formas Deus aptus in omnes
13 * 13
In ſegetem laticemq; meri, quo ſimus alendi
4 * 6
Tranſit, & obſcuras ſpectantia lumina fallit.

Cre-

12 * 14
Credita res auctore ſuo eſt, nulliq; videnda
15 * 5
Corpora ſunt fruges animi pleniſſima magni.
15 * 4
Corporeaſq; dapes, quæ lumina fallere poſſent Accipi-
8 * 12
Tradit, & ignotos miranti præbuit artus; te, & come-- dite.
12 * 15
Corpore con toto, quos ſi quis faucibus hauſit
1 * 14
Numen, & auxilium meritis euectus ad auras Qui
9 * 15
Sentiet æternum, cælumq; erit exitus illi. man-ducat hunc pa nem vi-uet in æternũ.
3 * 4
Illi admirantes cæleſtia pabula carpunt,
12 * 11
Certatimq; omnes, atq; illo tempore primum
4 * 14
Aſſidue repetunt ſacra data pocula dextra.
3 * 11
Hos operis comites illo Genitore creatus,
7 * 11
Qui virtute ſua ventos cuſtodit, & arcet

15 * 10

Creat Apoſtolos Sacerdotes.

Sacrificos docuit ritus ſolemnia verba;

8 * 7

Eſſe Sacerdotes, quo ſit fiducia maior,

15 * 6

Fecit, & æternas ſuperorum tangere menſas.

4 * 2

Poſtquam epulis functi grates agit ille parenti;

4 * 14

Multaq; conqueſtus ſociorum corpora poſcit

Lauat pedes diſcipulorum.

6 * 5

Abluere, hic artus, laſſataq; crura pedesq;

7 * 8

Mergit in ære cauo, ſparſitq; liquentibus vndis;

11 * 11

Amplexuſq; dedit, cunctiſq; e fratribus vnum

9 * 8

Ingenua de plebe virum dignatus honore

Creat Petrum Pontificem.

15 * 1

Deſtinat imperio, ſacraq; ita voce profatur:

15 * 7

Victima labe carens, veterumq; oblitus honorum

10 * 13

Velle mori ſtatui, rubefactaq; ſanguine tellus,

Non

15 * 13
Non expectata Domini nunc cæde madebit.

3 * 15
Tum vero poſtquam ſpecie cæleſte reſumpta

12 * 2
Cæleſteſq; plagas, cælumq; quod imminet orbi

11 * 7
Corpore contigero, qui veſtri maximus æuo eſt,

15 * 3
Immenſi caput orbis erit, ſucceſſor, & hæres.

15 * 7
Iamque caput rerum, quas totus poſſidet orbis Et eius ſucceſſores.

15 * 15
Impoſitum feret vnus onus, populoq; Quirini

13 * 15
Proſpicio comites famularia iura daturum,

8 * 1
Quoſq; alios parili nundum dignamur honore.

4 * 13
Hic modo cum gemino, noctiſq; hoſtiſq; periclo,

9 * 15
Attonituſq; malis erit indelebile noſtrum Ante quam Gallus cantet

2 * 14
Iam cognoſce genus, vel dilexiſſe negabit.

Vnica

8 * 6
Vnica tunc volucris cui ſtant in vertice criſtæ

ter me es nega turus.

1 * 4
Vox canet, & terror, trepidoq; inſania vultu
5 * 7
Si patiemur erit, meritiq; obliuia noſtri.
12 * 15
Tum ſenior, quamuis ſpatium mihi finiat æui,
9 * 12
Mors mihi munus erit, mediaq; in cæde virorum
3 * 11
Ante, ait, emoriar quam te miſerande relinquã.

Etiam ſi opor- tuerit me mo- ri tecũ, non te negabo.

3 * 9
Ecce viri fautrix, melior mihi dextera lingua eſt:
13 * 8
Perq; feros enſes, quaq; eſt via proxima lætho,
15 * 10
Pone metum, veniam. non eſt mea pigra ſenectus.
11 * 7
Haud procul à muris grauidis oneratur oliuis
13 * 4
Collis vtrumq; latus, nomẽ quoq; traxit ab illis.

Mons Oliueti prope Ieruſa- lem.

2 * 3
Huc vbi peruenit non certis paſſibus errans

Fati

3 * 11
Fatidicus vates, gemitus à corde trahuntur,*
6 * 11
Spemq; ſuæ mortis feſſus curaq; viaq;*
6 * 10
Diſſimulare nequit, præſagaq; pectora mærent.*
7 * 3
Neue parum valeant ſolitis ortatibus agmen,*
7 * 7
Et monet arcanis, triſtiq; ita voce locutus:
7 * 3
Hei mihi, conclamat, fidiſſima corpora, mortis*
3 * 7
Tempora maturæ nimium mihi dura videntur;*
15 * 14
Scitis enim, nec vos fallit mihi fata parari.*
7 * 1
Sunt quoq; dura nimis, primaq; ab origine mundi
13 * 15
Omnia cognoram quanta mihi mole parentur,*
2 * 15
Quid tamẽ hoc prodeſt? per ſæcula longa potentẽ
13 * 5
Quid iuuat eſſe Deum? ſudor mihi frigidus artus*
Occu-

Diſcipulos hortatur ad fortitudinem. Triſtis eſt anima mea, &c.

Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet &c. Et filius hominis tradetur.

11 * 2
Occupat, & quoniam non eſt mora libera nobis,
7 * 10
Nunc quoq; cum pereo, ſi nil conceditur vltra,
13 * 15
Eſte mei memores, perq; omnia ſacula fama
12 * 14
Non cognoſcendo facite vt narremur in auo.
7 * 8
Flentibus hac lacrimans Heros memorauerat ore.
15 * 8
Atq; ita diſcedens quantum ſemel ire ſagitta
14 * 8
Miſſa ſolet medio veſtigia ponere cliuo
9 * 14
Incipit, & dubitat, cultoſq; intrauit in hortos.
8 * 8
Grandeuumq; patrem, meriti fiducia tanta eſt,
11 * 6
Inuocat, heu fruſtra, tollenſq; ad ſidera palmas,
3 * 9
Et genibus pronis, quis me manet exitus? inquit,
13 * 7
En eget auxilio rerum ſtatus iſte mearum;

Hoc facite in mei cõmemorationé.

Auulſus eſt ab eis quã-tum iactus eſt lapidis.

Nam-

PROVINCIA DI TORINO

10 * 15
Namq; mihi Genitor miſeris ſuccurere rebus
13 * 13
Eſt animus certè, voſtrum haurire cruorem.
8 * 2
Vt tamen ipſe vides monitis parere parentis
8 * 11
Et cupio, & nequeo; quid agã? iã iãq; propinquæ
3 * 3
Inſtrumenta necis, quam non procul auguror eſſe
1 * 8
Certa ſatis terrent, & tantæ cædis imago.
12 * 8
Corpore non læſo melius ſine cæde moraq;
14 * 2
Ipſe ego ne dubites animas tibi reddere ademptas
11 * * 13
Inq; plagas cæli, mecumq; reducere nitar.
2 * 15
Tu quoq; care pater, noſtrumq; petentia læthum
5 * 2
Non ita fata ſinunt, quoniam tua vera propago
5 * 5
Exigis vt pereat mactati more iuuenci.

Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

Aderat alius modus poſſibilis redemptionis. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.

Magna

4 * 2
Magna quidem poſco, ſed ſi mutabile pectus
7 * 13
Eſſe poteſt, triſti, dixit, da munera Nato
2 * 7
Non meruiſſe necem, noſtroq; medere labori.
1 * 9
Vix prece finita (certum eſt mihi vera fateri)
2 * 6
Sanguineæ manant toto de corpore guttæ.
3 * 2
At pater omnipotens deſpexit ab æthere ſummo
10 * 6
Orantem fruſtra, & nomen Patris vſq; vocantem.
15 * 4
Quæ ſimul aſpexit, valuas patefecit eburnas,
9 * 6
Deq; ſuis vnum famulis mandata referre
10 * 15
Miſit, & oppoſita molitur condere nube.
8 * 14
Ille celer penna, pronumq; per aera lapſus
7 * 15
Conſtitit in terris: & conſolantia verba

Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Venit Angelus confortans eum.

Ore

10 * 7
Ore ſuo, non falſa ſimul mandata ferebat.
15 * 11
Tu modo rumpe moras, laudiſq; accenſus amore
15 * 15
Occubuiſſe neci, ſedeſq; intrare ſilentum
15 * 15
Ad propera, ſic fata iubent, ſic dicere vates, Vt adimplerentur ſcripturæ Prophetarum.
7 * 13
Hic quoq; fama viget certas ita dicere ſortes.
1 * 8
Sic viſũ eſt ſuperis, hominũ mors morte piãda eſt.
13 * 11
Iamq; viam ſuadet, nec res dubitare remittit:
9 * 11
Pone graues curas, nec tempora perde precando.
6 * 1
Ille vt erat pronus, Genitor cariſſime, dixit,
14 * 1
Sæpe retentatis fatum conatibus obſtat,
4 * 14
Facta puta quæcumq; iubes, loca mortis adire, Fiat voluntas tua.
9 * 2
Coget amor, potero, propioraq; manibus antra.

Nec

3 * 6
Nec mihi mors grauis eſt quærenti iterumq; vocati
12 * 4
Ne genus intereat, pretiumq; & cauſa laboris,
6 * 14
Et nihil eſt quod iam patientia noſtra recuſet.
7 * 8
Hactenus, & tacuit; gemitus ſunt verba ſecuti.
1 * 15
Dumq; ibi ſuſpirat, magnoſq; inſtare tumultus
2 * 13
Ecce Iudas quo modo non dormit. *Perſpicit, ecce vigil, neq; inexpectatus in armis*
13 * 4
Hortator ſcelerum dubiæ confinia noctis
9 * 8
Tempora nactus adit, tenebriſq; audacia creuit.
10 * 10
Nec procul abfuerant veſtigia certa ſecuti
7 * 14
Ecce appropinquauit qui me tradet. *Et medium vulgus, circonfuſuſq; ſatelles.*
3 * 10
Atq; ita reſpiciens comites fortiſſimus Heros
11 * 7
En, ait, en hic eſt noſtri temerarius index.

San-

1 * * 15
Sanguineaq; manu ſceleratos cernitis enſes, Exierant enim cũ facibus, & armis
8 15
Innumeraſq; faces coniurata arma moueri.
2 * * 13
Vix bene deſierat, tum blando callidus ore
12 * * 2
O ſalue, dixit non exorabilis index, Aue Rabbi.
2 * * 4
Et dedit amplexus in vultibus oſcula figens. Et oſculatus eſt eum.
5 * * 4
Quid facis? exclamat, quis te mihi caſus ademit? Ieſus ait illi.
9 * * 2
Tu ne meæ necis auctor eris mercede recepta? Amice ad quid veniſti.
3 * * 5
Quid facis ò demens? aduerſaq; in agmina verſus
6 * 12
Sæuitiam, & vires, iramq; obiecit, & inter
7 * * 7
Tot medius gladios, quid vos in fata parentis
13 * * 15
Concitat o ſocij? quem poſſitis, inquit, habetis, Quem quæritis.
3 * 3
Iſte ego ſum ſenſi, Dominum cognoſcite veſtrum. Ego sũ.

15 * 14
Vix ea fatus erat, numeruſq; ex agmine maior

12 * 7
Et ceciderunt, in terram. Decidit in terram, ſubito tamen alleuat artus

7 * 6
Huius in exitium, nec iam certamina differt.

3 * 12
Cætera turba coit, gladioq; aduerſa reducto

11 * 13
Vim parat innectens captiuis vincla lacertis.

2 * 5
Petrus. At ſenior poſtquam turbæ ſucumbere vidit,

7 * 12
Vtq; peti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum,

11 * 13
Tollit humo ſaxum, tumidaq; exæſtuat ira,

4 * 6
Quoq; erat accintus vagina liberat enſem;

6 * 5
Vixq; manus retinens petat hunc ignorat anillum

13 * 13
Percuſſit ſeruum Principis ſa- Vtq; alios taceam quorum nox conſcia ſola eſt,

10 * 13
Affuit huic turbæ rudis, & ſine pectore miles;

Quem

12 * * 9
Quem procul vt vidit, nec enim moriemur inulti cerdotum.
12 * * 6
Dixit, & oſtendens confeſſam vultibus iram
3 * 5
Comminus enſe ferit, non irrita cuſpis adhæſit
3 * * 12
Lenius, & modico ſtrepitu, penetrauit ad aurem Et amputauit auriculã eius.
11 * * 12
Huic Deus optanti ferro exercere dolorem
3 * * 8
Fide miniſter, ait, rigidi certamina martis
8 * * 9
Pone age, nec titulo pius, & ſceleratus eodem Ait illi Ieſus: mitte gladiũ tuum in vaginam.
2 * 9
Concipias animo nil commiſiſſe nefandum,
10 * 5
Stet tibi ne magno concurrere comminus hoſti,
13 * 10
Neue mihi noceat monitis contraria virtus.
8 * * 3
Hortaturq; ſequi, dominum renitentibus illis
15 * 11
Obuia turba ruit, cupidiſq; amplectitur vlnis,

15 * 10
Et repetita dedit pallenti vincula collo.
9 * 2
Impulſumq; manu prenſis à fronte capillis
11 * 13
Ducunt illum ad Herodẽ & cæteros. *Ad Regem duxere, locumq; & regna tenentem,*
3 * 15
Quoſq; referre mora eſt; iuſtis exercita curis
15 * 12
Diſcipuli relicto eo fugerũt *Corda pauent comitum, confuſaq; verba volutant.*
7 * 2
Aſpiceres flentes alios, terrore pauentes,
9 * 7
Conſilÿq; inopes miſerarum turbine rerum.
11 * 1
Nõ tenet hic lacrimas, ſtupet hic petit ille ſalutẽ,
6 * 14
Impetus eſt illi latis accedere ſiluis,
6 * 1
Et modo ſi poſſet latebras intrare ferarum.
9 * 14
Ille fugit pauidus qua ſors ducebat euntem;
15 * 11
Inde retro redeunt alÿ, plebemq; pererrent.

Sed

10 * 8
*Sed tamen ante alios * animo maturus, & æuo*
8 * * 3
Quãquam aberat longè ſequitur veſtigia furtim Petrus ſequebatur eum à longe.
14 * 4
*Et ducis, & turbæ: * reſeratis aurea valuis*
5 * 4
Atria complectitur: collucent ignibus ædes.
1 * 7
*Subſtitit vt clamor: * medio Rex ipſe reſedit,*
13 * 14
Atq; ita captiuo, Quis te caſuſue, Deuſue Præſes. Interogauit eũ tu quis es.
14 * 15
*Miſit in has ſedes * natum tolerare labores,*
7 * 2
*Dixit, & errorem * latis inducere terris?*
5 * 11
*Ille nihil contra * , buxoq; ſimillimus ora*
10 * 10
*Demiſit vultus * , lacrimiſq; cadentibus humet.* Ieſus autem nihil reſpondit.
8 * 14
*Ira feri mota eſt * hirſuti more leonis.*
12 * 4
Tum vero præceps, media furibundus in aula,

10 * 1
Contemptuq; dolens ora indignantia ſoluit:
9 * * 7
Pilati minæ. *Quid fore te credis? falſum qui in imagine ſomni,*
3 * * 14
Aſſumptumq; Patrem, verborum ambage nouorũ
9 * * 14
Perpetuumq; tui florem, æternamq; iuuentam
10 * * 3
Quamlibet ignotis vultu promittis amico?
15 * 15
Inde foro, circumq; domos, mediamq; per vrbem
7 * 4
Quia loquebatur in parabolis. *Vocibus ambiguis mortalia pectora terres?*
14 * * 4
Talia quærenti nomen terræq; tuumq;
12 * 8
Dic age, nam cuncti lacero diuellere morſu
10 * 13
Te cupiunt proceres, lapidumq; inceſſere iactu:
9 * 15
Ne introducat nomen *Et merito; quid enim delubris aduena noſtris*
2 * 13
Neſcius affectas alienæ nomina gentis?

Num

15 * 13
Num potes aut audes facinus deſſendere tantum? Chriſtianorum.

2 * * 1
Scilicet, hoc etiam retices, nec mutua noſtris Mihi nõ loqueris?

3 * 1
Verba refers tumidus genitoris imagine falſi;

14 * 5
Non impune feres, & qua vocat ira ſequemur.

9 * 12
Eſt mihi libertas dare corpus inutile letho. Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, &c.

6 * 4
Nulla fuga eſt capto; vento rapiare licebit,

12 * 1
Haud tamen effugies, ſic ſtat ſententia, pœnas.

14 * 11
Hæc, & plura ferox: poſt hunc ſacer ora reſoluit, Ait illi Ieſus.

12 * 1
Atq; ait, hæc manꝰ eſt, hæc qua vage fulmina mitto

6 * 3
Hac freta concutio, flammas moueoq; feroq;

13 * 13
His humeris, his inquã humeris, terraſq; fretumq;

9 * 15
Hac cælum ſeruice tuli, & quodcunq; ſub illo eſt.

Si regnum meum eſſet ex hoc mundo miniſtri mei vtique decertarent, ita, vt non traderer Iudeis.

11 * 11
Non placet arma mihi, violentaq; ſumere tela
7 * 1
Nec mecum famuli, nec equi; ſine militis vſu
12 * 10
Auxilio mihi ſunt, qui perſtant omnia venti,
15 * 14
Æthereæ ſedes, cœlumq; & lumina ſolis
4 * 15
Cum tot ſideribus, telluſq; & quidquid in illa eſt.
13 * 11
Sunt mihi quæ valeant maiores corpore vires,
7 * 15
Robora non deſunt cæcis incluſa cauernis,
7 * 15
Quorum ope cum volui ſemper, requieq; ſine vlla,
6 * 7
Sollicito manes, iubeoq; tremiſcere montes.
13 * 11
Denegat hoc genitor, nec quid iubeatue velitue
2 * 13
Diſſuadere licet, coniunctaq; gloria noſtra eſt.
13 * 1
Quoq; magis credas qua ſimus origine nati.

Ego &, Pater vnum ſumus.

Ille

4 * 11
Ille ego ſum, dixit, qui cum cæleſtibus vndis

2 * 9
Verba Patris porto, Pater eſt mihi rector olimpi.

5 * 13
Is mihi cauſa viæ; meritos vt poſcat honores,

11 * 1
Vtq; foret ſoſpes per me quod eritq; fuitq;

6 * 5
Inter mortales materno ſanguine naſci

1 * 7
Iuſſit, & humanam membris inducere formam

11 * 10
Nec ſatis hoc, caræq; iubet diſcrimine vitæ

14 * 8
Per iuga, per valles variarum ambage viarum,

12 * 2
Perq; tuas vrbes, medijq; per æquora ponti

6 * 14
Numen adhuc ſine thure meũ fundamine magno

15 * 13
Ferre ſimul, nomenq; ſuum quo poſtulat vſus;

11 * 14
Indiciumq; ſuæ vocis mandata referre.

Aqua quam ego dedero s. medio baptiſmo. Pater miſit filium ſuum vt ſaluetur mondus per ipſum.

Miſſus

14 * 15
Miſſus ad hunc ego ſū, populūq; grauēq; Senatū
3 * 3
Illius impulſu, qui multos perdidit vnus,
4 * 5
Peſtiferaq; manu decerpſerat arbore pomum,
2 * 14
Suppliciumq; ſuum ſcelus digeſſit in omnes.

Ad delendum peccatū Adæ) (al tem de facto) in quo omnes peccauerunt.

14 * 5
Tempore tam longo per tot ſpectata labores
7 * 9
In manibus veſtris vita eſt, nec ſuſtinet vllus
15 * 14
Innocuum ſimplex, & præſide pendet ab vno.
13 * 7
Si tamen aſpicias, cauſam mihi mortis amorem
3 * 13
Non ſcelus inuenies, nam ſi mea facta requiris,
10 * 13
Iam iuuenis, iam vir cumprimum hæc mania vidi
12 * 4
In nobis duplex natura binominis alba,
1 * 2
Signa dedi veniſſe Deum dare lumina terris;

Quis ex vobis arguat me de peccato Naturæ humanæ, & Diuinæ Vnio hypoſtatica.

Et

15 * 13
Et quodcunq; latet, quod ſit ſapienter agendum,
3 * 11
Retiaq; & laqueos, quos callidus abdidit auceps
13 * * 10
Inſuper expoſui, ſacrataq; iura parentum.
7 * * 15
Muneraq; augendo; ſed non, & credita verbis
13 * * 6
Conſolor ſocios; vt coniugalia iura,
4 * * 9
Et quod ſe deceat, legumq; examina ſeruent
3 * 7
Admoneo, monſtroq; viam, quæ fœdere iungit
10 * * 10
Dilectos ſuperis, fœdoq; repugnat amori.
4 * * 10
Neue ſit errandum facti quoq; (credite) pœnam
2 * 15
Sontibus impono nec tempore deperit vllo.
12 * * 6
Impoſitaq; manu mortalia corpora (quondam
15 * * 7
Edocuit gentem ſatis experientia) ſano.

Non veni ſol-uere legem ſed adimplere.

Nullum malum impunitum.

Et

11 * 13

Reſſurrectio. *Et ſæpe in tumulis obſtantia fata remoui,*

9 * 11

Officioq; meo mutum, & ſine ſanguine corpus

4 * 8

In veram redijt ſpeciem, manibuſq; ſupinis

8 * 8

Et adoleſcẽtis & Lazari. *Gaudia teſtantur ſocij; materq; ſororq;*

7 * 13

Exibuere fidem, nec vanis credite verbis.

6 * 10

Talibus exemplis à numine concita noſtro

13 * 11

Conſijs ceſſere meis, pars magna virorum;

13 * 13

Nec ſi quæſieris poſſem tibi dicere quot ſunt.

13 * 13

Multa fecit Ieſus quæ non sũt ſcripta. *Plura quidem feci quãquã mihi dicere promptũ;*

13 * 7

Quæ niſi feciſſem veſtra prius vrbe receptus,

14 * 7

Rurſus arenoſo tellus foret obruta ponto:

13 * 6

Nunc trahor exul, inops flexis poſt terga lacertis;

Proq;

13 * 5
Proq; tot annorum curis ego viribus impar
3 * 3
Increpor à cunctis, primoq; extinguor in æuo.
3 * 13
Quo merui pœnam facto? quæ cauſa furoris?
13 * 13
Denique quid verbis opus eſt? ſine cæde meorum Sinite hos abire.
10 * 13
Non intellectam meritis expendite cauſam.
9 * 8
Preſſit ab his vocem, totoq; erat agmine murmur,
1 * 12
Altaq; congeſta reſonabat regia turba.
11 * 7
Præterit hos ſenior facto damnandus in vno, Petrus.
2 * 14
Conſiſtitq; procul, perq; atria marmore tecta
2 * 9
Ad Dominũ tendebat iter, dumq; exit, & intrat
3 * 4
Participes operum famulas ad lumina cernit,
4 * 6
E quibus vna leui verſabat pollice fuſum.

Qua

7 * * 11
Quæ ſimul ac vidit ſocium, comitemq; ſacrorum,
2 * 8

Vere tu ex illis es.

Te quoq; turbatum moderator arondinis, inquit,
7 * 3
Quæ iactata diu linoq; ſolebat, & hamis
2 * 3
Inter aquas pelagi ſalientes ducere piſces
5 * 11
In comitum numero vidi, agnouiq; manuſq;
11 * 11

Nam, & loquela tua manifeſtum te facit.

Ora, comas, veſtem, vultumq; ſonumq; loquendi.
10 * 14
Immemor ipſe ſui media procedit ab aula.
14 * 2

Non noui hominem.

Et, quæcumq; es, ait, non ſum mihi nominis huius
4 * 14
Conſcius, omnis abeſt in quem mea ſæuiat ira.
9 * 11
Dixit, & adiecit falſis periuria verbis,
4 * 1
Egrediturq; domo, atq; animo peiora veretur.
2 * 2
Dum redit itq; frequens, canos hirſuta capillos

Altera

8 * 9
Altera iam dudum faciendis ſtrenua iuſſis

11 * 7
Quis foret ignorans ſilet, & dubitare videtur;

3 * 5
Mox adit, & tali committit prælia voce;

3 * 5
Credule quid fruſtra iuuenē magica arma mouētē,

14 * 15
Spemq; ſequens vanam lætos molire triumphos?

11 * 6
Ille quidem cælare cupit, pulſoq; pudore

11 * 8
Voce refert parua, Terræ per numina iuro,

3 * 2
Per tibi nunc ipſum quod nos auditq; videtq;

7 * 6
Vnde ſit ignoro flexis poſt terga lacertis

6 * 13
Qui modo viſus erat, nec mens mea cætera ſenſit.

13 * 12
Deditus æquoribus, ſecretaq; littora carpens

6 * 13
Per mare non notum moderabar arundine linum.

Interrogauit cū alia ancilla.

At ille iterum negauit cum iuramēto.

Talia

2 * 15
Talia dicentem gelidæ formidine mortis,
13 * 1
Falſaq; iurantem quisquis fuit ille Deorum
9 * 11
Ter ſine profectu criſtati cantibus oris
12 * 7
Commonuit, mentemq; ſubit, pietaſq; pudorq;
15 * 15
Ad cælumq; oculos tendens reus, ora, manuſq;
7 * 5
Egreditu tectis, lacrimiſq; abſumitur omnis.
15 * 9
Quæritur interea qui veris addere falſa,
13 * 13
Quodq; poteſt pugnet fictis contendere verbis.
6 * 4
Haud mora, conſiſtunt qui ſe vidiſſe refferent
10 * 2
Nomine mentito crimen, cauſamq; dolendi.
7 * 14
Neue doli ceſſent, dictis contraria verbis
1 * 3
Adijciunt alij, perq; omnia numina iurant.

Et ſtatim gallus cantauit, & recordatus eſt petrus verbi quod dixerat Ieſus. Et egreſſus foras fleuit amare.

Aduenerunt falſi teſtes.

Et conuenientia teſtimonia

Nec

10 * 11
Nec modus, & requies, inſanaq; regnat Erinnis; non erant.
15 * 6
Spretarumq; agitur legum reus ordine nullo.
3 * 3
Inde ruunt alij ceu concitus imbribus amnis,
14 * 6
Criminibuſq; premunt, conuiciaq; inſuper addūt. Illudebant ei.
12 * 13
Atria turba terret, ſeq; armat, & inſtruit ira.
3 * 12
Et creſcit rabies, captæq; erat vrbis imago.
7 * 11
Vt ſolet à ventis feſſam oppugnare carinam
11 * 8
Fluctus: & vt miles meſtis clamoribus vrbem.
7 * 3
Tum vero iuuenis deceptus imagine vocis
15 * 12
Conſtitit, atq; oculos, vultum minitantiaq; ora
13 * 7
Suſtulit ad proceres, & crimine concita vano Alius falſus teſtis.
6 * 1
Qualia vult fingit diſcordia ſemina rerum.

5 * 7
Conctatuſq; breui ſic crimina reddidit ille :
4 * 9
Hic dixit Poſſum deſtruere templum hoc, & in triduo, &c. *Hic hominum cunctis renouare paciſcitur annos,*
1 * 1
Regalemq; domum moderantum vncta Deorum.
13 * 13
Hunc ego poſcentem reſidens procul auribus hauſi
14 * 2
Fulmina, noctem, imbres, latis inducere terris.
14 * 1
Et modo de multis, de tot modo millibus vnum
8 * 6
Se quæri gaudens, niſi vos ſuccurritis, aris
15 * 13
Arguit imponi patriorum ſigna Deorum.
13 * 13
Teſtis erat iuratus. *(Per ſuperos iuro non hæc mihi crimina fingi)*
5 * 1
Hic fuit à cuius pendebat origine bellum,
12 * 15
Seditioq; recens, quem vos niſi pellitis vrbe
8 * 5
Se ducit turbas. *Ducit in errorem vana dulcedine vulgus.*

Si

6 * 10
Si tamen hoc ſuperi, ſi Dÿ dare cuncta poteſtis,

10 * 15
Hoc prohibete nefas fatalis morte Tiranni. Reus eſt mortis.

14 * 6
Fatus erat, gaudet, laudemq; a crimine ſumit.

11 * 14
Inter mille viros redimitus tempora mitra

1 * 13
Vnus erat toto prælatus munere ſortis Caiphas. Pontifex anni illius.

4 * 7
Ex numero procerum, rabida qui concitus ira

10 * 1
Conſtitit in medio, rupitq; ſilentia voce;

3 * 12
Nec mora, quid facitis? populus ſuperamur ab vno,

7 * 5
Stringite, ait, gladios ſi qua eſt fiducia vobis,

5 * 9
Et proſternite humi iuuenem, ſine munere veſtro

1 * 10
Perdendum eſt mortale genus, contendite mecum, Profeſtauit dicens:

9 * 7
Inuiſamq; animam coniecto emittite ferro.

11 * 7

Sed mora damnoſa eſt, nec ſpes agitatis inanes.

expedit vt vnus, &c.

4 * 6

Vaticinatus erat, iuſtamq; probauerat iram.

1 * 4

Cui Deus, At quoniam parui tibi gratia noſtra eſt,

6 * 13

Paſcere crudelis generoſo ſanguine, dixit,

9 * 7

Corq; ferum ſatia, quod ſi mea prouida mens eſt,

10 * 15

Tẽpus, & illud erit, quo adero, præſenſq; videbor

4 * 14

Arduus in nubes deſcendere limite curuo.

Amodo videbitis filiũ homi-nis venientẽ in nubibus cæli

7 * 12

Tu quoque victorem liquidas exire ſub auras

7 * 1

Maiorem ſpecie mirabere tempore in illo,

2 * 3

Et vetito fruſtra dignabere numen honore;

9 * 7

Forſitan illius nouitate mouebere facti,

14 * 6

Non tamen effugies manifeſtam numinis iram.

Pro-

1 * 7
Protinus exarſit*, ſciſſaq; à pectore veſte
15 * 6
Arguit immeritum*, tollenſq; ad ſidera palmas
4 * 7
Clamat, Io comites* quid nunc dubitatis inertes?
13 * 14
Crimina vidiſtis. tum vero, & cladibus aſper

Caiphas ſcidit veſtimenta ſua dicens: blaſphemauit.

14 * 8
Miles erat gladio*, fidenſq; recentibus armis.
11 * 15
Hic ferus expoſito* multa, ac metuenda minatur,
11 * 9
Conantemq; loqui ſequitur, depreſſaq; dura
11 * 12
Percutit ora manu*, diſiectiſq; oſſibus oris

Vnus aſtantiũ dedit alapam Ieſu dicens.

5 * 3
Sanguine perfundit; tum linguã ad iurgia ſoluit.
6 * 2
Et, merito, dixit, lingua faciente loquaci
3 * 13
O periture tua* iam nunc certaminis huius
8 * 13
Facta minis quantum diſtent* dignoſcere poſſis.

Sic reſpondes Pontifici?

7 * 12
Ille indignatus tacito non pertulit ore.

6 * 8
O crudelis, ait, meritorum oblite meorum,

14 * 8
Si male locutus sú, &c. *Durior & ferro, nec te data munera, nec te*

2 * 12
Admouiſſe poteſt noſtri mora longa laboris;

13 * 3
Totq; tuos idem, qui decipit, incitat error;

11 * 14
Non impune feres, meritumq; fatebere noſtrum.

14 * 2
Quoq; magis caueas, nulloq; errore traharis,

9 * 2
Inculpata fuit, nec formidabilis vlli

2 * 4
Et vox, & facies non iſtis digna catenis.

14 * 15
Hæc vbi nequicquam vacuas emiſit in auras

14 * 14
Protinus horrendis læto pænaq; relictus

3 * 5
Clauditur in tectis; ardeſcit vulgus in iras,

Moli-

8 * 3
Moliturq; genus pœnæ miſerabilis, Eheu,
4 * 10
Parſq; forũ celebrãt, pars verbis murmura reddũt
2 * 8
Pectore ſollicito, ſeq; exhortantur, & addunt
1 * 11
Ingentes animos; quæ dum ſine lege geruntur,
9 * 5
Quid velit ignorat belli temerarius auctor, Iudas,
7 * 11
Quæſitiq; tenax meritus torquetur ab auro,
2 * 1
Quoq; eat, aut vbi ſit, neſcit, vitane fruatur.
14 * 13
Mox, vbi mens redijt, animi irritamen auari
9 * 1
Proijcit acceptum, ferroq; nocentius, aurum; Proiectis argenteis.
2 * 11
Datq; animũ in luctus, & , quæ modo vouerat odit.
10 * 10
Et ſecum, quo mente feror? quid in iſta reuoluor?
4 * 6
Noſtra nocens anima eſt, hoſtis mihi debita pœna:

8 * 2
Proditione mea clauſa eſt mihi regia cæli.

10 * 7
Inter felices felix dicebar, eramq;

13 * 10
Omnia perdidimus; merui, nec triſte recuſo

3 * 7
Exilium facto, ſic me mea fata trahebant.

1 * 8
Spes tamē in dubio eſt, præcibus fortuna repugnat.

13 * 10
Quid moror interea tardæ conamina mortis?

4 * 11
Sed timidi eſt optare necem, peccauimus, inquit,

8 * 12
In ſcelus addendum ſcelus eſt; nec plura locutus

4 * 10
Huc it, & hinc illuc, agiturq; in tædia vitæ;

10 * 10
Abiens laqueo ſe ſuſpē dit.
Et modo deſperat, laqueoq; innectere fauces

8 * 14
Cœpit, & infelix eliſa fauce pependit.

1 * 2
Viribus abſumptis, pedibus per aera motis

Palpi-

6 * 11
Palpitat, & moriens aſtringit vincula motu.
7 * 15
Infelicem animam cæſo de corpore raptam Et raptus eſt in infernum.
1 * 6
Horrifer inuaſit pedibus prædator aduncis,
6 * 3
Attonitamq; trahens rapida velocius aura
4 * 3
Ducit ad infernas viuacia ſulfura flammas.
10 * 9
Noctis erat medium, latè diffuſa per artus
10 * 1
Mollibus in plumis peragebant ocia gentes.
7 * 7
Iamq; neci ſimilis regem ſopor altus habebat.
4 * 4
Intremuit limen, poſtes tremuiſſe feruntur.
9 * 5
Tum vero mæſtam dirum mortalibus omen,
15 * 4
Emiſitq; ſimul minimam pro corpore vocem,
10 * 15
Incumbenſq; toro preſſum grauitate ſoporis

Quem

7 * 2
Quem dederat cantu terret cum coniuge regem
10 * 6
Funereus bubo, thalamiq; in culmine ſedit.
8 * 4
Vxor Pilati. *Vt vero eſt expulſa quies exterrita coniux,*
2 * 15
Et laniata ſinus, nec iam ſua lumina damnans
15 * 10
Nil tibi, & iuſto illi multa enim paſſa sũ, &c. *Viſa refert, pugnatq; diu prodeſſe monendo;*
1 * 5
Nec retinet lacrimas, ſcelerataq; deuouet arma.
3 * 10
Ille diu pauidus ſcit ſe non falſa moneri,
5 * 6
Immotuſq; ſilet cura remouente ſoporem.
3 * 1
Nox vbi conſumpta eſt eadem fidiſſima custos
2 * 13
Conſtitit ante domum gens irritata Tiranni,
2 * 6
Propoſitumq; premit, pænæq; in imagine tota eſt.
15 * 11
Ergo ne pietas ſit victa cupidine læthi

Conſi-

10 2
Conſilio medius*, procul eſt, ait arbiter, omnis
13 9
Cædis amor, feritaſq; aliena à ſanguine veſtro.
14 5
Iamq; Deos omnes* teſtatus iuſq; fidemq;
13 9
Vt ſe ſubtraheret*, verba excuſantia dicit.
14 13
Dicta placent paucis*; ſic fruſtra vera monentem
3 5
Concipiunt dictis*, vlulatuq; atria complent.
3 7
Arbiter hic agitur* poſtquam ratione furorem
14 12
Vincere non potuit* (neq; enim defendere verbis
9 14
Nec telis armiſq; poteſt*) fera ſacra parari
12 6
Iuſſit, & arbitrium litis* miſerabile legit.
9 5
Forte paro facinus*, quoniam ſic cogitis ipſi
3 15
Præcipitem famuli rapite hunc*, vincite catenis,

Ego nullam in eo inuenio cauſam.

At illi magis clamabant: Crucifigatur. Videns autem quod nihil proficeret. Tradidit illũ volontati eorum.

Crude-

14 * 4
Sententia Pilati. *Crudeleſq; manus, & diros ſentiat ictus;*
15 * 6
Vel ſi dignus erit, ferro per pectus adacto
9 * 3
Innocens ego sũ, &c. *(Inuitus mando) Stygiæ demittite morti.*
3 * 10
Impia turba probat factũ, hortaturq; timentem,
4 3
Vixq; moram patitur, vix pœnæ tempora differt.
2 * 11
Cauſa moræ nulla eſt, & iam ſine veſtibus vllis
11 * 3
Hunc aſſueta cohors, hunc cætera turba ſuorum
11 5
Flagellatio. *Pallentem, nudumq; ad magnæ ſaxa columnæ*
11 * 3
Cum gemitu aſpiciunt manibus poſt terga ligatis.
9 * 1
Iãq; valens, & in omne latus manus impia ſæuit
8 * 1
Ictibus innumeris, & iunctæ cortice virgæ.
3 * 15
Non eſt ei aſpec *Iam loca vulneribus deſunt, erat omnia vulnus,*

Ecce

3 * 4
Ecce cruentati redeunt, reſoluta catenis tus neque decor.
4 * 9
Membra ferunt hæſiſſe ſolo; tum denique tellus,
8 * 11
Cælatæq; fores rubuerunt ſanguine vatis:
15 * 7
Atq; illud meritis clarum, patienſq; laborum
13 * 12
Mille patet plagis caput inſuperabile bello,
3 * 5
Quod medio lentæ ſpinæ, tribuliq; fatigant. Corona ſpinea.
10 * 12
Pœna leuis viſa eſt, ergo cum ſacra paraſſent
8 * 10
Veſtibus hunc velant conca Sidonide tinctis. Induũt eum purpura.
14 * 13
Haud mora, continuo populi de parte feroces
3 * 5
Exiliere viri, nec iniqua finis in ira eſt.
11 * 9
Luridus, exanimi ſimilis miſerandus, & hoſti Ducunt ad Caluariæ locum.
13 * 2
Ducitur ad tumulum, paſſuq; incedit inerti;

Vix-

2 * 8

Fert Crucem Vixq; ſuis humeris lignum fatale tenebat:

12 * 13

Deficit interdum defecto poplite labens,

4 * 6

Angariauerunt quemdā Simonē Cirenæum. In pectuſq; cadit pronus; quoq; dicitur vnus

2 * 15

Vertice ſuppoſito longum releuaſſe laborem.

15 * 13

Haud procul à muris apicem collectus in vnum

10 * 8

Deſcriptio Caluarij. Collis erat, collemq; ſuper pendentia tigno

7 * 13

Corpora miſſa neci, fedataq; ſanguine ſonti

15 * 2

Oſſa tegebat humus nigro ſquallentia tabo.

11 * 7

Aſcendunt illuc, auidiſq; amplexibus hærent;

8 * 9

Vincula pars adimunt Tyrios imitata colores,

1 * 4

Et præcibus ſpretis veſtem quoq; ſanguine tinctā

9 * 3

Tollere conantur; manibus direpta nefandis

Qua

9 * 6
Qua trahitur trahit illa cutẽ, cruor vndiq; manat

6 * 15
Tranſierant ad opus, loriſq; tenentibus artus Crucifixio.

4 * 14
Parte ab vtraq; pedes etiam num cæde madentes,

3 * 7
Cum pedibuſq; manus maculauit ſanguine ferrũ;

12 * 2
Terq; quaterq; graui iuncturas malleus ictu

5 * 4
Perculit, & fractis diſtendens brachia nodis

4 * 13
Saucia Trabs ingens antennis apta ferendis

9 * 11
In latus erigitur, multoq; erat altior illis.

12 * 11
Corporis affixi pariterq; & pondere, & ictu

10 * 8
Dat gemitus arbor miſereri credere poſſes.

9 * 10
Addunt, & titulum magnũ, & memorabile nomẽ. Ieſus Nazarenus.&c.

2 * 4
A dextra leuaq; duos ætate minores

Vin-

2 * 13
Duo latrones. *Vincula cingebant infames cæde virorum.*
8 * 13
Namq; huic tradiderat conſortia corpora pœnæ
15 * 1
Cauſa prior, crimenq; & amor ſceleratus habẽdi:
6 * 8
E quibus vnus ait ſimilis crudele minanti,
5 * 7
Latro malus. *Quare alium tua quem moueant venientia fata,*
14 * 2
Aut aliquem ex ſocijs, nos vanũ ſpernimus omen.
14 * 3
Deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei. *Robore mollito ſi tu diſcedere poſſis*
9 * 3
Credimus, & ſequimur nomen, nomenq; parentũ;
13 * 10
Vtere iandudum, nunc viribus vtere totis
7 * 9
Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt, &c. *Si potes infelix, exul mentiſq; domuſq;*
14 * 14
Cumq; eadem paſſis longi tormenta doloris
10 * 9
Effuge, ne virtus tua ſit diuerſa priori.

Dixit

6 * 14
Dixit,& exhibuit conuitia ruſtica dictis.
2 * 9
Alterius diſpar vicit ſententia mentem; Latro bonus.
10 * 8
Iſq; metu vacuus, cæliq; cupidine tactus
5 * 9
En, ait, en adſum rerum pars vna tuarum
11 ^ 4
Mite Deum Numen tibi nos debere fatemur,
11 * 9
Quod niſi veniſſes teſtatos orbe labores,
10 * 15
Indignamq; necem, venturaq; vincere fata
3 * 10
Eſſemus miſeri quid quid mortale creamur.
9 * 11
Scilicet, vt referunt hominum oblectamina ſortes,
2 * 15
Sors tua mortalis non eſt, niſi corporis huius:
8 * 11
Quiſquis es ignoſcas; fatis obnoxius ijſdem Nos quidem digna factis
10 * 15
Viuere dignus eras, nocuit ſua culpa duobus,

11 * 10

recipimus, hic autẽ quid fecit?

A me cauſa data eſt, ego ſum tibi funeris auctor.

2 * 6

Pœnitet; heu ſero quærenti iterumq; vocanti,

13 * 13

Memẽto mei.

Quæ corpus complexa, animæ miſerere præſeſq;

14 * 11

Aſpice, nec durus ſub inania Tartara mitte.

10 * 13

Vota quid illa velint animum motura virilem

2 * 1

Scire coactus erat Deus hic diſcrimine aperto,

8 * 4

Hodie mecum eris in Paradiſo.

Qui prece non ſpreta, nunc ò fortiſſime, dixit,

15 * 2

Æthereas ſedes non falſæ præmia linguæ

14 * 12

Me duce cognoſces; ſolida eſt mihi gratia tecum.

13 * 3

Summa mali, lætiq; genus, nouitaſq; furoris

13 * 9

Beata Mater narrat non nul

Non profecturas tandem peruenit ad aures.

2 * 14

Quid faciat mater? minima cum parte meorum

Per

8 * 4

Per medios hoſtes nullo tardata timore

Ia quæ ei acciderunt in paſſione Domini

3 * 5

Quaq; eſt difficilis, quaq; eſt via nulla cucurri.

4 * 5

Audacem faciebat amor iunctiſſimus illi.

6 * 6

Iamq; iter effectum; pleno ſingultibus ore

5 * 10

Hic caput attollo, tum deniq; flere vacauit;

1 * 9

Tum quoq; vt ora Dei ſudore fluentia multo,

4 * 14

Pectoraq; & tergum, fœdataq; brachia tabo,

13 * 14

Et purgante nefas concretam ſanguine barbam

11 * 7

Infelix vidi ſubito collapſa dolore

3 * 13

Iandudum flebam; cum Dijs contemptor olimpi,

3 * 14

Vulguſq; & proceres, circonfuſuſq; ſatelles

9 * 14

Riſit, & illudens pauidam deterruit enſe.

11 * 6
Sed non hoc timui, nec acutæ cuſpidis haſtam,
9 * 13
Et, fateor, volui partes velare tegendas:
6 * 1
Ruſtica turba vetat, ſæuæq; auidiſſima cædis
8 * 4
Clauſit iter, fecitq; gradu diſcedere verſo.
7 * 6
Ille cruore fluens clamato ſæpe parente

Pater venit hora, clarifica filium tuum claritate quam habui prius quam mundus fieret. Ignoſce illis quia neſciũt quid faciunt.

1 * 13
Quos potuit ſolos extollit ad æthera vultus,
2 * 9
Pignora da Genitor, venit ecce optabile tempus,
1 * 2
Ante mare & terras, dixit, quæcunq; fuerunt
6 * 3
Dicta tuo generi poſituro morte dolores:
3 * 1
His quoq; des veniam, qui, qua tulit impetus illos
2 * 13
Hac ſine lege ruunt, nec non in corpore noſtro
6 * 15
Litibus exercent maculatum ſanguine ferrum

Igna-

3 * 9
Ignari, inſtigantq; pares in vulnera fratres.

13 * 12
Hoſtibus e medÿs patientem vulnera mille

15 * 9
Hanc animam interea, natamq; laboribus aufer.

11 * 3
Carmine dum tali replet iuga nota querelis

10 * 13
Agnouit longe fraterno ſanguine iunctus

13 * 15
Maternos luctus, tacitaq; recentia mente

2 * 1
In tantis dicenda malis non inuenit vſquam.

11 * 2
Humentes oculos in ſe ſine fine tenentem

14 * 2
Reſpicit hunc Vates, propiuſq; accedere iuſſit.

9 * 1
Vtq; meos audÿt gemitus, terrore ruinæ

6 * 4
Tam ſubitæ matrem feſſam, luctuq; viaq;

4 * 8
Inq; vices illum deſertæ, & multa querenti

In manus tuas comendo ſpiritum meum. S. Ioannes.

Ecce filius tuus.

15 * 6
Qui minuat luctus lacrimis commendat obortis.
10 * 6
Iamq; fere medius cum ſol grauis vreret arua
4 * 15
Depoſitura ſitim ſalibus vitiatu amaris,
9 * 9
Linguaq; vix tales effundit in aera quæſtus:
2 * 8
Quid fuerim, quid ſimq; vide, cape pignus amoris,
5 * 10
Si quis amicus adeſt, cauſamq; intellige mortis;
15 * 9
Quanta nec eſt, nec erit, patior ſine crimine pænã.
8 * 4
Vos cinis exiguus ſine corpore, & oſſibus vmbræ,
14 * 2
Quos communis hiems in opacæ viſcera matris
4 * 1
Attulerat ſecum, ſtygijſq; admouerat vmbris
8 * 8
Accipite inferias noſtri ſolatia læthi.
9 * 7
Plura loqui nequeo, fugiunt cum ſanguine vires;

Ecce mater tua. Circa horam ſextam. Dabant ei bibere vinũ cum felle mixtum. O vos omnes qui trãſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor &c. O vos quos originale peccatum ad inferos miſerat.

Iam

13 * 14
Iam labor in fine eſt; hæc verba nouiſſima dixit, Conſu-
11 * 6 matum
Depoſuitq; caput, totoq; expalluit ore. eſt.
Et incli-
10 * 12 nato ca-
Conſtitit, & timidè multo rubefacta cruore pite,
emiſit
3 * 2 ſpiritũ.
Lumina mors clauſit, frigus læthale ſecutum eſt.
9 * 11
Ora reformatus, nec quem cognoſcere poſſes
7 * 2
Illa luce fuit, macies in corpore toto
8 * 3
Auxerat articulos; tamen hunc ex omnibus vnus Vnus
militum
12 * 6 lancea
Vt videt extinctum lateri qua pectus adhæret latus
eius
6 * 13 aperuit.
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
1 * 14 Et con-
Protinus irrupit, calidusq; e corpore Sanguis tinuo
exiuit
9 * 7 ſanguis,
Emicuit mixtus liquidarum aſpergine aquarum. & aqua.
4 * 1
Tecta repente quati, ſuperorum numine ſaxa

1 * 7
Ponere duriciem, maneſq; exire ſepulcris,
15 * 5
Perq; leues auras facundia priſca remanſit,
7 * 14
Natorum, matrumq; animæ volitare videntur.
9 * 11
Et templi tremuere fores; ſacrata Tonanti
15 * 10
Scinditur in geminas partes ſuper atria velum.
5 * 15
Inde tremit tellus, ſolis quoq; triſtis imago
2 * 2
Condiderat vultus, adopertaq; nubibus atris
4 * 15
Intempeſtiuas tenebras induxerat orbi.
15 * 8
Territa turba pauet diri ſibi conſcia facti.
8 * 1
E quibus ingenti ſuffundens ora rubore
9 * 12
De centum numero cuius modo nomen habebat
12 * 7
Proximus vt ſteterat tanti miracula monſtri

Petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, quæ dormierant ſurrexerũt. Velum templi ſciſſum eſt in duas partes. Terra tremuit & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Centurio.

Vidit

8 * 3
Vidit, & obſtupuit, quem terra creauerat, vnus.
1 * 11
Me miſerum, exclamat, nebulæ caligine mixtæ Ait.
13 * 15
Infecere diem, laterumq; a parte duorum
15 * 6
Intremuere ſimul conuexa foramina terræ.
11 * 5
Bella gerunt venti, coniurata vndiq; pugnant,
4 * 15
Plangoremq; ferunt quæ nos elementa vocamus.
10 * 9
Idq; quid eſſe poteſt? quid vult ſibi noctis imago?
7 * 10
Iandudum dubito; poſitis ambagibus oris
13 * 3
Quod ſi vera licet mihi dicere, ſacra fateri, Vere filius Dei erat iſte
15 * 3
Parcite mortales, ſed corpore numen in iſto eſt.
9 * 6
Nam quamquam ipſius cruor eſt effuſus in auras,
6 * 15
Mira tamen vidi præſens, animoq; notaui

Donec

8 * 2
Donec vita data eſt, facies humana videtur,
13 * 6
Sed virtutis honor, magniq; potentia regni,
3 * 15
Reſq; fide maior monſtro portenditur iſto.
2 * 11
Dumq; ea magnanimus ſpatio dictante tuetur
11 * 15
Deſcendit ad inferos. *Vmbra ſubit terras, & luce carentia regna,*
14 * 7
Eliſyaſq; domos; inſopitumq; Draconem
10 * 10
Liberauit SS. Patres. *Vincla pati cogit, ſimulacraq; functa ſepulcro.*
12 * 4
Tollere conatur cæli melioris ad auras.

2 * 5
Squallidus interea victis e nubibus exit;
8 * 2
Iam erat veſperarum hora. *Iamq; duas lucis partes ſol altus habebat*
8 * 11
Et pendebat adhuc, & adhuc humente capillo
12 * 9
Cum ſe ro factum eſſet. *Hærebat ligno glaciali frigore corpus.*

Sed

8 * 5
Sed tamen ex illis aliquis ditiſſimus agri

13 * 12
Nobilitate potens inter iuuenemq; ſenemq;

12 * 13
Et Dÿs acceptus, patriaq; creatus eadem

2 * 14
Exanimes artus ventis ac ſole reſolui

14 * 5
Non tulit impatiens; auertitur atq; ita ſupplex,

Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio & ipſe diues erat expectans Regnū Dei.

5 * 5
Depoſitoq; metu Regis ſubit ille penates.

10 * 4
(Audentes Deus ipſe iuuat, qui vertice ſummo

2 * 15
Succeſſus, hominumq; videns benefacta, fatetur

14 * 11
Cerbereos rictus iam non debere timeri)

Hic audacter introiuit ad Pilatum & petijt corpus Ieſu.

3 * 14
Quo poſtquam ſubÿt numero comitante duorum

15 * 14
Rex, ait, ò ſalue, nunc ſis mittiſſimus, opto,

11 * 13
Extinctiq; iube genitrici corpus inemptum,

Si

6 * 11
Si pietas vlla eſt, manibus tumuletur amicis.
6 * 11
Prodigio notum cum ſanguine vita reliquit.
13 * 9
Hoc vbi cognouit (neq; enim de tigride natus)
11 * 13
Annuit optatis Rex, & dat munus ituris
2 * 14
Corpus inane animæ; cumq; eſt data copia primũ
2 * 14
Corripuere viam numeri maioris amici,
14 * 13
Multaq; conqueſti, vultum, nunc vulnera nati
8 * 8
Mirantes ſpectant, glomerataq; ſanguine multo
2 * 15
Corpora dant tumulo læuæ geſtamina noſtræ.
9 * 14
Spectatrix aderam, complexaq; frigida Nati
1 * 11
Inter ſe iunctis ambobus colla lacertis,
10 * 5
Queſtaq; cum fatis; inconſolabile vulnus

At Pilatus vbi cognouit quod mortuus eſſet donauit corpus Ioſeph.

Poſuerunt illud in monumento.

Beata Maria refert ſuos dolores.

Per-

3 * 10
Perpetiar, dixi, prima fraudate iuuenta?

11 * 13
Perdidimus miſeram ſub iniquo iudice cauſam.

7 * 2
Omnia languor habet, liuent rubigine dentes,

15 * 12
Diriguere oculi, ceruix, humeriq; manuſq;

10 * 5
Horrida cæſaries, digitiq; & crura, pedeſq;

14 * 1
Indurata rigent, ſeductaq; nuper ab alto

11 * 9
Lingua iacet, nec vox, nec cognoſcenda remanſit

4 * 8
Forma, colorq; tibi, madefactaq; terra cruore eſt.

11 * 10
Quam miſer! ò pietas! (pietatis nomine dicto

10 * 1
Cura dolorq; animi verba imperfecta reliquit.)

11 * 9
Amiſſoq; dolens potui moritura videri.

9 * 11
Flaua comas aderat, quæ dotatiſſima forma, Aderat *Maria* Magdalena.

Clara

12 * 12
Clara decore fuit laudatis proxima ſignis.
6 * 10
Ipſa quoq; interius ſuſpiria duxit ab imo
1 * 13
Pectore, quodq; vnum ſolum per fata licebat
7 * 9
Exiguo tinxit lacrimarum gramina riuo,
1 * 6
Et conata queri quod erat lugubre duabus
4 * 10
Haud vſquã potuit,neq;habent ſua verba dolores;
5 * 3
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
11 * 12
Quæ Fuerat in Ciuitate peccatrix. Omnibus illa quidem, quod vellem poſſe negare,
14 * 13
Sollicitata procis cum viueret eſſe ſolebat
7 * 12
Criminis exẽplũ ſed amando, & amare fatendo
15 * 7
Iuſſa Dei prudens genus omne peroſa virorum
6 * 2
Quæſierat ſtudio cæli terræq; mariſq;

Specta-

12 * 13
Spectatorem operum, quem nulla fefellerat ales.
14 * 2
Forte viæ vicina domus, videt intus edentem
7 * 7
Muneris auctorem; læſum prius vlta pudorem
6 * 7
Acceſſit, poſitoq; genu ſuſpirat, & illi
11 * 2
Iniectos humeris in pectora fudit odores.
11 * 3
Cæpit, & vt primum liquido perfundere rore,
9 * 4
Amplectiq; pedes nudis incompta capillis
11 * 10
Accepit veniam nulloq; tacebitur æuo.
1 * 7
Sic modo quæ fuerat paſſim poſitoq; pudore
1 * 13
Contemptrix ſuperum, nullo cum fine petebat,
5 * 11
Attonitaq; diu ſimilis lugebat ademptum.
15 * 4
Poſtera ſidereos aurora remouerat ignes.

Attulit alabaſtrum vnguenti, & effudit ſuper caput eius. Et lacrimis cæpit rigare pedes eius & capillis capitis ſui tergebat. Et ſic dimiſſa ſunt ei peccata multa, &c. Poſtera

Mota

autẽ die illi abeuntes munierunt ſepulcrũ ſignantes lapidem cũ cuſtodibus.

13 * 6
Mota manus procerum buſtum miſerabile Nati,
1 * 2
Nulla mora eſt, adeũt, ſignant quoq; carmine ſaxũ
7 * 8
Quaq; patent aditus, aditus cuſtodia ſeruat.
1 * 13
Tertia poſt illam cum ſe ſe aurora moueret,
11 * 7
Hunc circa paſſim cuſtodes ſomnus habebat.

Nobis dormientibus (vt ipſi dicebant)

11 * 10
Ecce ſuper medios croceo velatus amictu
13 * 7
Exit humo late rupta ſpectabilis Heros.
14 * 7
Pulcra ſubit facies, abeunt pallorq; ſituſq;

Reſſurrexit ſicut dixit retentis ſolum 5. maioribus plagis.

9 * 10
Quod mortale fuit, cæperunt membra colorem,
1 * 12
Fit quod ante fuit rurſus ſine vulnere corpus
3 * 3
Quinq; ſuperſtitibus, reſponſaq; Vatis aguntur.

Eadem Maria

15 * 12
Sed tamen ipſa eadem votis optata procorum

Sponte

15 * 9
Sponte ſua primo feriente cacumina ſole Magdalena valde mane & orto iam ſole &c. iuit ad monumentum.
4 * 4
Quod tu nec tenebras dubiæ confinia noctis
4 * 4
Sed cum luce tamen nec poſſes dicere lucem
11 * 9
Mæſta locum repetit fuſis vtrinq; capillis,
14 * 13
Et corpus quærens animæ tam fortis inane
4 * 1
Peruenit ad tumulũ; quem poſtquã vidit apertũ
7 * 11
Palluit, & ſubito ſi ſit circonſpicit illic:
3 * 6
Nuſquam corpus erat; veſtes, & inane ſepulcrũ Tulerũt Dominum meum, & neſcio, &c.
12 * 7
Aſpexit pariter; ſeruatum neſcia flendo
12 * 7
Viuere lugebat, dominoq; erat anxia rapto.
13 * 13
Ille tamen viuit victor, votiſq; potitus
9 * 12
Inceſſit totum nubila velatus in agmen, Stetit Ieſus in

 Aduen-

medio diſcipulorum. &c.

15 * 14
Aduentuq; ſuo ſubita formidine mouit
5 * 1
Et matrem, & comites, ſeq; admirantibus offert.

Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet.

1 * 11
Obſtupuere diu, corpus tamen eſſe liquebat,
14 * 14
Vultibus, & lætis cum ſuccis mitibus herbas,
14 * 15
Mellaq; vimq; meri moderato gutture traxit.

Obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis.

1 * 15
Mox etiam fruges, mactatarumq; bidentum
14 * 11
Viſceraq; & carnes convellere dente parabat.
11 * 3
Perq; dies placidos ad quos ſua verba remittat

Per dies 40. apparens eis, & loquens de regno Dei.

2 * 8
Colligit amentes, fratresq; piaſq; ſorores,
12 * 3
Quas ſimul, & matrē prudens ſermone tenebat.
4 * 12
Vtq; dedit notæ pacis, pignuſq; fidemq;

Et dixit eis Pax vobis.

14 * 4
Tempeſtiuus erat cælo, tum murmure paruo

In

15 * 2
In medium diſcenda dabat præſagia linguæ.
15 * 8
Exemploq; ſuo mores, iuſtiſſimus auctor,
2 * 15
Et legem dederat; populi latialis habenas
14 * 13
Præpoſito cunctis pariter, regnumq; reliquit.

D. Petro reliquit regimen.

1 * 15
Hæc vbi diſpoſuit, quem temperat orbe relicto
8 * 15
Ipſe ſuos artus cæleſtibus intulit aſtris,

Aſcendit ad Cælos.

5 * 15
Et medium cæli, portaſq; intrare patentes
7 * 6
Expetit, occurrunt illi ſuprema per omnes,
7 * 14
Inq; patris duxere domum quem turba Quirini
9 * 13
Iam Dominum appellat, temploq; domoq; recepit.

Turba Angelorum occurrit Chriſto Domino.

15 * 14
Dumq; tulit numen corpus mortale per auras,
10 * 4
Sanguine tincta ſuo velamina lapſa reliquit:

Aſcendens reliquit S. Sindó

8 * 8
Dona Deum templis ingens vbi victima Taurus.

nem Vrbi Taurino-rum.

10 * 11
Gratulor huic terræ defenſæ mœnibus vrbis.
2 * 14 da,
Quoq; minus dubites procul hinc mihi crede vidẽ.
1 * 5
Si modo fert animus, dabimus tibi pignora veri.
14 * 4
Quæ deceant vrbem vacuas referamus ad aures:
1 * 5
Sic, vbi deſeruit diſcretus in oſtia nilus
5 * 1
Frugiferas meſſes, madidos ſeptamfluus agros,

Ædifi-catę ab Ægyp-tiorum Rege.

4 * 10
Rex ait arcana, & ſpacio conclamat eodem:
9 * 13
Buſirim domui ſpacioſi tempore belli:
1 * 11
Celſior ipſe loco, ſceptroq; coegerat agmen;
15 * 9
Italiam tenuit placida reſoluta quiete:
3 * 1
Noſtra ſalus poſita eſt, ait, eſt ſolertia nobis;

Hic

15 * 8
Hic locus vrbis erit magni fiducia Regni.
6 * 8
Inter mortales Taurorum ſanguine centum
15 * 1
Sacrificos docuit ritus hortamine longo,
5 * 7
Primus in his, ſtatuitq; aras e ceſpite binas.

Qui primus Sacrificauit Tauros.

7 * 5
Conueniunt populi ſacrum fumabat in ara.
11 * 7
Excitat artificem medio Rex ipſe reſedit:
3 * 2
Mænia fac condas populos, vrbeſq; domoſq;
5 * 2
Turinoſq; ſinus vſum mihi nominis huius.
3 * 1
Attulerat famam nomen, modo cepta per ipſum,

Mandauit ædificari Vrbem Taurinorum.

9 * 3
Inq; peregrina, lapidum compagibus arcum,
2 * 9
(Illius impulſu) ponit noua mænia terra:
8 * 8
Præpoſuiſſe tibi non eſt mirabile Taurum.

Quæ nomen

11 * 8
ſumpſit àTauro. *En ait, en hic eſt, quæ nomen traxit ab illo,*
1 * 1
Sic modo quæ fuerat ſub eodem nomine manſit.

9 * 7
Fuit decorata titulo Auguſtæ à Iulio Ceſare. *Cepit, & Auguſta fieri formoſior illa,*
7 * 7
Muneraq; augendo, tandem prius vrbe receptus
6 * 7
Auguſta grauitate ſuo de nomine fecit,

2 * 13
Vt loca laudauit felicibus obſita pomis,
4 * 4
Sublimes animos, moreſq; habitumq; virorum.
4 * 11
Accipiunt legem, dum quod fuit ante reformat.
4 * 3
Axe ſub heſperio cum turribus ardua celſis
3 * 1
Noua Vrbs, non eſt diuerſæ figuræ ac vetus *Vrbs erat, & veteris ſeruat veſtigia formæ*
2 * 6
Immenſiſq; opibus validiſne potentior armis,
8 * 10
Et pendebat adhuc tanta eſt diſcordia mentis,

Cuius

3 * 7
Cuius in extremo, ne ſit ſuus impetus hoſti,
6 * 13
Quatuor in partes poſſes oſtendere portas.
13 * 8
Conſtitit hic, & tuta loco cuſtodia Villæ. Arx vrbis.
6 * 7
Vimina cum iuncis, & mollia pabula ſurgunt,
11 * 13
Innumeræq; herbæ, ſunt poma grauantia ramos, Fertilitas.
5 * 11
Illo fortè loco veluti de vertice montis,
13 * 15
Sunt, & purpureæ, tumidæq; in vitibus vuæ.
14 * 1
Quas procul hinc cernis pariter cephiſidas vndas, Deſcriptio Eridani,
4 * 1
Et liquidum Montis per apertos flumina campos qui terminat
2 * 15
Excipit Eridanus veſtris conterminus oris, Dominium.
7 * 8
Fecundiq; ſoli talis: pulcherrime Regum Carol. Em. II. Regis
11 * 6
Regia progenies, & Auiti nominis hæres: Cypri mare adiati-

I * I
cum verſus. *Littora voce replet, plenos capit alueus amnes,*
2 * 6
Ingreditur liquidum ripis decliuibus æquor;
I * I
Conuocat hic amnes, iuuat auxiliaribus vndis.
Venatoria Regia, parum diſtat ab Vrbe.
II * II
Nec procul hinc multo pacto pro manibus auro
2 * 8
Pars ſecreta domus, aurataq; tecta videntur,
4 * 3
Deſcribitur à Rege. *Cuius in introitu viuacis cornua Cerui*
4 * 10
Cum fieret paries varios per cornua flores
8 * 8
Ponit opus, votiq; mei factura, potentem,
10 * 2
Inuidiamq; times, faciem vultumq; Dianæ.
6 * 7
Vtq; domus altæ melior fortuna ſecuta eſt;
3 * 4
Illa mihi domus eſt venatibus ocia miſcet.
4 * 4
Marmorei *Deuiaq; in ſiluis viſa; conuerſa; meduſa,*

In

4 * 3
In ſilicem ex ipſis, ſimulacra fugacia captas.

Ceruus & Canes ad fontem.

7 * 4
In fontes rediere ſuos ſimulacra ferarum,

6 * 4
Dilaniat pars turba canum circonſona terret.

3 * 3
Hic Dea ſiluarum variarum cede ferarum

Diana acceſſit ad Venatoriã Regiam

3 * 3
Per nemus ignotum venatu feſſa ſolebat

9 * 4
Effugere infelix non falſa pericula curſus,

4 * 4
Depoſitura ſitim cæleſti nectare; corpus

2 * 6
(Huc vbi peruenit) ſuperorum tangere menſas;

11 * 6
Perq; dies placidos dantur ſua corpora ſomno.

3 * 13
Quæ ſimul aſpexit locumq; & regna tenentem

Videt Regem agitantem Ceruos

10 * 3
Per iuga per ſiluas agitantem in rhetia Ceruos.

10 * 7
Ingens Ceruus erat ſuperabat rhetia ſaltu

Actualis Venatio

Pulſa-

6 * 6

Pulſabat pedibus, fugam cuſtodia claudit;

4 * 4

Tinnulaq; æra ſonant, & adunco tibia cornu.

4 * 3

Ad ſolitum coire canes, primuſq; Melampus

3 * 7

Pamphagus, & Droceus ſeuarum more ferarum,

3 * 3

Icnobateſq; Sagax latratu ſigna dederunt,

3 * 3

Hebronophoſq; valens ſolitas acceſſit ad iras.

7 * 7

Huius in exitium ſceptroq; inſignis eburno

3 * 3

Ite citi; famulis hoc imperat; ære canoro:

6 * 7

Vicimus exclamat, procul hinc iubet ire miniſtros;

6 * 6

Frena dabat curſu, ſpumantiaq; ora coercet.

7 * 10

Strage canum primo genua intremuere, fugitq;

2 * 6

Occupat Ille leuem curſus ſuppreſſit habenas,

Quoq;

4 * 4

Quoq; erat accintus demiſit in ilia ferrum,

7 * 7

Dat ſimul, & iaculum perfundit ſanguine foſſas.

2 * 3

Ille dolore ferox aſpergine tinxerat herbas,

4 * 2

Dum redit in ſiluas caput in ſua terga retorſit

4 * 2

Huc it, & hinc illuc fixumq; haſtile momordit

4 * 2

Incubuit ferro ferrum tamen oſſibus heſit;

6 * 7

Palpitat, & moriens requies erat illa labori.

3 * 12

Ecce cruentati redeunt pulcherrimæ claſſis:

3 * 4

Attrahite hunc vinctũ conſumite viſcera morſu;

7 * 3

Hic illic vbi mors reſonat latratibus ether.

7 * 6

Corpus humo gelidum intra ſua mœnia ducit;

7 * 6

Verba ſimul fundit: mecum mea vota feruntur:

Rega-

6 * 6
Regales Epulæ menſis regionibus illis.

5 * 8
Diana læta omnia contemplatur. *Læta Deæ frons eſt ſpectans tentoria Regis,*

7 * 7
Flagrantemq; domum Regis ſub imagine Cerui,

3 * 4
Inſtrumenta necis celeri non nota Dianæ;

12 * 10
Ferre domum viuos Saturatos cede leones,

10 * 12
Aut pronos lepores, aut prenſos montibus vrſos,

10 * 10
Raptoresq; lupos, aut celſum in cornua Ceruum,

10 * 12
Setigeroſq; ſues multorum pugna dierum.

11 * 4
Gratias agit. *Ac veluti ſupplex nunc; ò fortiſſime; dixit:*

15 * 9
Rex eris, & ſceptro tutus: communia nobis

9 * 12
Mænia conſtituis, votiui cornua Cerui;

8 * 3
Victoris placidi prædæ tam ceca cupido,

Hæc

1 * 5
Hæc domus, hac ſedes animo gratiſſima noſtro,
7 * 7
Et cum Rege ſuos geſtare in corde fatebor:
2 * 6
Deprecor hoc vnum: lateri ceruina ſiniſtro
5 * 9
Ferre tuos arcus, geminaſq; reſumere vires:
1 * 5
Deq; ſagittifera ſumpſit duo tela faretra.

Cupit vti ar-mis Re-gis.

7 * 15
His, & mille alijs inſtructo pectore dictis
2 * 9
Et vox, & facies ritu ſuccinta Dianæ
4 * 8
Egrediturq; domo tenues volat illa per auras.

diſcedit

15 * 10
Dicitur Italiæ pars optima quam mihi priſci
9 * 9
Sacrarunt Diueſq; meo quoq; tuta fauore eſt:
5 * 3
Hanc habeo ſedem pars hic mihi maxima iuris.
1 * 12
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt gratiſſima Regi.

Verba Regis de ſua ſede Ciuitate ſcilicet Taurinorum.

Rege

Eiuſdē Regis Dominium à mediterraneo Mare ad appeninos,&c.

4 * 2
Rege ſub hoc pontus erat ; & nubifer apeninus
1 * 2
Brachia porrexit medias cingentia terras,
5 * 1
Triticeas meſſes longis cerealia ſulcis ;
2 * 1
Nam ligurum populos ; locis à fronte potentes ;
3 * 2
Quoſq; referre mora eſt, & magnas rexerat vrbes,
5 * 1
Oppidaq; & magnos concordi pace ligauit .

Sancta Sindon inuenitur in hac Taurinorũ Ciuitate.

2 * 9
Candida puniceo velamina tincta cruore
5 * 8
Inuenies illic , ingens vbi victima Taurus
6 * 15
Mœnia cum populis molles erectus in auras .
2 * 6
Verq; nouum stabat , latonigeniſq; duobus

Die 4. Maij feſtum Sanctæ Sindonis.

11 * 9
Pars gradibus tardis reſtabat tertia Tauri ;
8 * 2
Templa coronantur ſublimibus alta columnis ,

Centum

1 * 11
Centum luminibus poſtes radiare videntur.

12 * 11
Feſta dies aderat, ſtructoq; vtrinq; theatro

10 * 13
Regis adeſt Coniux poſitiſq; tapetibus altis,

8 * 11
Conſiſtuntq; loco iactato crine per auras

2 4
Naiades heſperiæ, flagrãt quoq; lumina Nymphæ;

Ad Th atrum Conue- niunt Princi- pes cum Rege Cypri, &c.

12 * 13
Clara decore fuit Proles Coniuxq; Sororq;

15 * 12
Hic tamen acceſſit delubris Sanguine Iunctus.

15 * 10
Coniuge Qui felix tota celeberrima Cypro

12 * 12
Mille viros dederat, nullus fuit error in haſta,

8 * 6
Inter honoratos terrebant agmina muros;

Regis Adeſt agmen in Vrbe

8 * 1
Fulgentem clipeum crepitantia concutit arma:

11 * 5
Non tamen eſt clamor, belli temerarius auctor, Non

Trubida

9 * 9
propter periculum ſeditionis — *Turbida Seditio; non ambitione, nec armis:*
2 * 8
Sed ad gloriam Regis. — *Ipſe ſui decoris clipeum ſumpſiſe decebat,*
12 * 12
Agmina perq; acies decor eſt quæſitus ab iſtis.
3 * 4
Signa dedit tubicen longoq; foramine buxus;
11 * 1
Ad fragorem torméti bellici &c. — *Inde fragore graui terram, mare, ſidera mouit.*
4 * 3
Concauaq; æra ſonant, & adunco tibia cornu;
6 * 6
Tunc vero cuncti coeunt, vrbeſq; propinquæ
1 * 13
Conueniunt populi. — *Conueniunt illuc ventis, æſtuq; ſecundo,*
2 * 8
Ignotæ regionis eunt, iuueneſq; ſeneſq;
11 * 5
Rex adeſt valde pius. — *Agmine qui felix moueant miracula, dixit;*
2 * 2
Ille loco medius tendebat brachia ſupplex
11 * 2
Vnius ſermone oculis incognita noſtris

Pectora

5 * 7
Pectora rupiſſet certe mea pectora mouit.

11 * 13
Velamenta manu prætendens ipſe ſepulti

3 * 1
Secra Dei quondam oſtendit, & ethera terris, Oſtendit S. Sindonẽ populis.

1 * 5
Vtq; manu late pendentia membra videres,

4 * 4
Nunc huc, nunc illuc circondata collocat aptè

2 * 2
Flectitur in girum circonſtant ſacra miniſtri:

4 * 4
Eſt in parte rubor percurrens ſtamina telæ

8 * 3
Ponitur hic bicolor mixto candore rubori Deſcribitur Sancta Sindon.

10 * 12
Et color, & ſanguis patientem vulnera mille,

10 * 4
Candida purpureum ſimilem veſtigia tingit

4 * 4
Ora Dei vultuſq; ſuos ſibi fecit in illa

15 * 15
Viſus adeſſe idem Deus eſt abſoluere culpa.

3 * 6
Aſpicit hanc, viſamq; vocat celeberrima turba

7 * 3
Lumina fixa tenet Domini mirantia formam;

2 * 2
Non diuerſa tamen facies humana videtur,

3 * 4
Tota patent, imoq; pedes humeriq; manuſq;

11 * 3
Cætera ſunt hominis; & quæ modo viſa placebãt

12 * 13
Deuotio populorũ. *Proxima precipuè lacrimas in vulnera fundit.*

12 * 11
Obſtupuere omnes nec voce ſilentia rumpunt.

10 9
Obſtupui, tollenſq; manus ego pectore pronus

7 * 4
Vt vidi obſtupui maieſtatemq; verendam.

2 * 4
Pura coronatis portabant munera templis;

2 * 13
Munera dãt lacrimas; clamant; dãt oſcula terræ.

1 * 3
Eſt vidiſſe ſatis maculoſo vellere corpus

Sublimi

14 * 14
Sublimi ſolio circonuelatur amictu
1 * 9
Diſcedunt, velantq; caput veſtigia formæ.
4 * 1
Quoq; magis tegitur Deus hic; diſcrimine aperto
14 * 14
Viſceraq; & carnes mentiq; herebat imago.
15 1
Orauere Deum; tenuere ſilentia cuncti;
1 * 4
Supplice voce rogant; ſeruatoremq; fatentur
13 * 6
Pro populo cecidiſſe ſuo per vulnera mille.

Modus diſcedendi à Theatro cum Sācta Sindone.

Populi ſatentur Chriſtū Dominū per vulnera mille cecidiſſe pro populo ſuo.

FINIS.

DE APPARITIONE B. MARIÆ VIRGINIS IN FINIBVS FOSSANENSIBVS; ET IN LOCO QVOD CVSSANIVM APPELLATVR.

SACRA METAMORPHOSIS:

ARGVMENTVM.

ANNO Salutis noſtræ 1521. die octaua menſis Maij apparuit Sancta Maria Dei genitrix cuidem iuueni fatuo, ac muto à natiuitate, cui nomen erat Bartolomeo armenta boum cuſtodienti, eiq; ingenium capax, & eloquium conceſ-

ſit, ac etiam ex morbo quo affligebatur liberauit, deditq; ad famem ſedandam nonnullos panes. Inde poſt triduum die 11. eiuſdem menſis iterum conſtitit in eodem loco, & eidem armenti cuſtodi alia munera attulit, iuſſitq; vrbem prædictam petere, ciueſq; admonere vt pænitentiam agerent, iram Dei placarent, & in ſui honoré in illo loco templum conſtruerent. At cum illi iuſſa facere neglexiſſent, peſte, fame, bello, &c. Deus illam Ciuitatem poſtea vexauit; Tandem erecto templo, reformatiſq; moribus Ciues à Deo, præcibus eiuſdem Virginis veniam impetrarunt, & beneficij memores Deum, & Beatam ſemper Virginem in dies Magis aſſiduè colunt.

10 * 15
Tēpla Deũ Matri quæ quondã in finibus vrbis
14 * 11
Nomine dicta ſuo, lucoq; vmbroſa vetuſto Prœmium.
10 * 14
Sacrauere Senes poſt tædia longa laborum,
14 * 10
Sancta Deum Genitrix vtq; æthere vidit ab alto
7 * 11
Cuſtodemq; rudem, nec quicquam voce mouentē
15 * 1
Vtq; ſalutiferæ referens conuiuia menſæ
6 * 15
Inq; epulis epulas flenti dubioq; ſalutis
2 * 4
Auxiliumq; tulit præcordiaq; intima mouit.
8 * 15
Vtq; ope Virginea mortali ſemine natus
13 * 1
Longa ſub arboribus ſermone ſilentia rupit,
12 * 6
Commemorare iuuat, quoniam pia cauſa coegit.
12 * 2
Theſſalidum Virgo pulcherrima, terq; quaterq;

Inuocatio ad Virginem matrem.

14 * 15
Præcipuum Matronæ decus, numenq; ſupernum,
15 * 4
Cui non audita naturæ iure nouato
1 * 15
Virginitate frui dedit inſuperabile fatum,
2 * 6
Sed peperiſſe prius qui fert ceruicibus axem;
13 * 4
Ecce fretum ſcindens ſudantibus acta lacertis,
5 * 3
Perq; lacus altos, adituq; carentia Saxa,
11 * 15
Et nondum liquidas nauis cita ducitur vndas.
2 * 1
Dum timet, & denſi funduntur ab æthere nimbi,
8 * 3
Da mihi quod petitur certo contingere portus.
7 * 11
Adiutrixq; veni, vincloq; innecte tenaci
5 * 8
Carmina digna Dea nullis iterata priorum,
11 * 15
Dumq; notata oculis paſſim matrumq; patrumq;

Mente

15 * 10
Mente memor referro mira fæliciter arte
10 * 11
Carmina noſtra moue, tuaq; hæc pro parte vocato.
15 * 5
Pandite nunc Muſæ magnorum facta Deorum.
5 * 8
In mentis ſpeciem curuo circundata muro
13 * 8
Vrbs erat, & populi, quos diues Achaia cepit Vrbs Foſſani ſub Prin cipe. Achaiæ.
8 * 7
Multipliciq; domo ſubiectis imminet aruis.
6 * 1
Tunc quoq; cum fierent cingebant oppida foſſæ; Foſſanũ à foſſis vel à fonte ſano.
13 * 8
Hæ pro nomine erant, nomẽ quod, & ante remãſit,
15 * 8
Siue quod indigenæ memorant in mænibus vrbis
3 * 4
Fons erat illimis, per ſæcula longa notatum
5 * 15
Vnde tenet nomen, venitq; ſalutifer vrbi.
6 * 9
Quatuor in partes nam limine conſtitit alto

Vrbs

4 * 4
Vrbs habet aditus, & apertas vndiq; portas

Sturia flumen.
3 * 9
Spumeus, & feruens erat atq; imperuius amnis,

9 * 9
Vberior ſolito qui nunc quoq; vallibus illis,

9 * 8
Curſibus obliquis oneratos meſſibus agros,

9 * 14
Et frutices omnes labentibus irrigat vndis.

15 * 8
Nec procal hinc tumulum lapidoſo vidit in agro,

Phaetõtis ſe-- pulcrũ.
5 * 11
Atq; ibi ſemianimis fratrem lugebat ademptum

10 * 6
E tribus vna ſoror paſſos laniata capillos:

1 * 6
Et gemitu; & lacrimis turba comitante ſuarum

2 * 8
Eridanum implerat multa tellure iacentem.

15 * 1
Prodiga diuitias, alimentaq; debita diues

1 * 1
Viuaci nutrita ſolo dabat omnia tellus;

Vlla

15 * 6

Vlla nec vberior, perq; omnia ſecula cultis Vrbis huber- tas ma- xima.

5 * 5

De tot agris terræ tollebat farris aceruos.

2 * 4

In ſolio Phœbus volucrum moderator equorum Anno ſalutis 1521.

15 * 6

Sæcula ſic toties dum certum flectit in orbem

8 * 13

Quinq; ter implebat, poſtquam crudelibus aris

10 * 1

Velle mori ſtatuit mundi melioris origo.

2 * 2

Illud erat tempus, quo incerto ſaucia ſole Erat dies 11. maij.

7 * 2

Vernat humus, flores dat terræ, gramina, frondes,

6 * 4

Edere cum baccis per quem videt omnia tellus.

3 * 14

Iamq; dies minimas à vertice fecerat vmbras.

3 * 3

Per nemus ignotum non certis paſſibus errans

11 * 15

Aduolat armenti cuſtos, & in ocia natam Armenti Cuſ-

Venis

2 * 11
tos Venit Foſſanum. *Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem.*
1 * 6
Non illo melior quiſquam regionibus illis;
11 * 1
Oderat hic vrbes, nactuſq; ſilentia ruris
14 * 8
Venerat in ſiluas, paupertatemq; ferendo,
3 * 11
Omnibus inferior ſiluas, & rura colebat.
3 * 14
Qui ſimul intrauit dicta acceptaq; ſalute
1 * 13
Conſtiterat quocunq; loco, cæleſtia dona,
7 * 15
Euentuſq; ſuos; falſiq; pericula mundi
4 * 5
Indicat, & nondum latum vulgata per orbem,
9 * 11
Indicat miraculum, & donum. *Totaq; paulatim lentus miracula narrat,*
14 * 11
Verbaq; dicuntur veros narrantia caſus.
8 * 13
